ECCLESIASTICA IN MATRIMONIUM POTESTAS DOMINICI GALESIJ RUBENSIUM...

Domenico Gallesio, Paolo abate cistercense Pancaldi

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 G
32

Ad Usum
D. Pauli Abb. Pancaldi Cipr. 4

E. VI. 17

13 23. d. 54

Digitized by Google

Digitized by Google

ECCLESIASTICA
IN MATRIMONIVM POTESTAS
DOMINICI GALESII
RVBENSIVM EPISCOPI

Sacræ olim Congregationis Indicis Conſultoris, & in Romanæ Sapientiæ Vniuerſitate Sacrorum Canonum Profeſſoris.

APOLOGEMA

Pro vetuſtiſſima, vniuerſaliſſima, & Catholica doctrina. De iure Eccleſiæ in ſanciendis legibus Fidelium matrimonium impedientibus, & dirimentibus, nec non in ipſis diſpenſandi

CONTRA
IOANNIS LAVNOII

Singularem, nouam, improbabilem, & omnium Oecumenicorum Conciliorum decretis, Sacríſq; Canonibus repugnantem doctrinam, expreſſam in Opere ab ipſo Typis edito Anno 1674. Inſcripto

REGIA IN MATRIMONIVM POTESTAS, Vel Tractatus de Iure Secularium Principum Chriſtianorum in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus.

Adſunt etiam contra eumdem Launoium

VINDICIAE

Pro Annatarum Iuſtitia, & Summa Diui Thomæ.

Romæ, Typis Tinaſſij. 1676. *Superiorum Permiſſu.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI

PALVTIO ALTERIO

S. R. E.

Cardinali Camerario.

DOMINICVS RVBENSIVM EPISCOPVS F.

MAgnum Iubilæi Annum clauſimus, quem ſupremus in Terris Religionis, & Sacrorum Arbiter Clemens Decimus, re, & nomine Sanctiſſimus Pontifex, vt à ſanctitate vnicè nuncupandum, ita ſanctè omnibus exigendum indixit. Eum aperuit, deriuato à maioribus more, Auctoritas Vaticani, celebrauere pio concurſu vota peregrinantium Prouinciarum, cumulauit piacularibus animorum theſauris indulgentia Cæli, & fidelis annalium labor auidæ conſignabit æternitati. Ibunt nimirum ad memoriam gratiſſimam poſterorum, inſcripta monumẽtis ære perennioribus documenta virtutum, extimu-

lantibus aſſiduè Parentis Optimi, quà monitis, quà exem plis, quà expenſis, edita intra vrbem olim gentium Dominam, melius nunc rei Chriſtianæ Principem, & hoc maximè tempore generis humani capacem; cum excipiendis confluentium Turmis redacta in anguſtum amplitudine ingentium ædificiorum, ipſiſque vix mænibus Ciuitatis, atque pomerijs inſolitæ frequentiæ ſufficientibus, laxata fuerint ſpatia Ciuitatis; vt publico partim ære, partim priuato Nobilium ſubſidio, tum plurium ſodalitiorum apparatu ſplendido, ſed ſplendidiore famulatu, ac potiſſimum communis Paſtoris munificentia cæteris præeunte, paterent ſingulis opportuna hoſpitia, inſtruerentur confertæ adeo multitudini lauta conuiuia, ſubleuaretur, diuitum ſumptu aduenarum inopia; imò neque ſe aduenas, neque inopes iam eſſe meminiſſent, qui ſe non tantùm domicilio, menſaque recreatos à ciuibus, ſed in ipſo veluti ſinu hoſpitalis caritatis inclusos feliciter ſentiebant. Admirari nobis interea licuit affluentem vbique annonæ publicæ copiam, ſtabilitam ditionis vniuerſæ tranquillitatem, ſpectabilem Procerum omni ex parte præſentiam, præter additam ſimul Cæleſtibus Heroibus celebritatem altarium, & collectis tota Europa capitibus meritiſſimis oſtri dignitatem, & ipſis antiquæ ſuperſtitionis Theatris religionem: vt quando, increbreſcente in dies populorum acceſſione, prorſus euaſit Roma Orbis compendium, nouum quoque Cæli ſimulacrum, in Templis, in domibus, in aulis, in compitis, in profanis etiam

vete-

Digitized by Google

veterum ludorum arenis, effecta videatur. Tanta luſtralis huius anni decora immortalibus paginis cõmendabit eloquentia Scriptorum vberior, ad præſentis æui gloriam, ad imitationem futuri. Alij quibus in pretio eſt ſeuerior literatura, prætermiſſis adeò ſacræ, auguſtæque beneficentiæ venis, & pluſquam oſtijs Nili ſeptemplicis per ſeptem vrbis colles exundantibus, ad fontis, & capitis vſque latebras accedunt; dum in ea poteſtate aſſerenda, vnde tot ſalutaria præſidia in publicum effluxere, ingenium exercent, & calamũ. Hos inter auſu quantumuis impari, & non paſſibus æquis, mea quoque pro viribus adrepſit induſtria, & iuribus Eccleſiæ vindicãdis inſtitit, in grauiſſima controuerſia, ſub exitum ſuperioris Anni renouata. Sic opportuna fore viſa ſunt ea ſtudia, quæ recurrentem anni ſanctitatem ſanctiſſimę cauſæ commodarent. Eadem opportuniore conſilio ad vmbram Tuæ Purpuræ ſponte iam conuolant Prin. Eminentiſs. cuius apprimè vigili miniſterio vſa eſt Sanctiſſimi Paſtoris Prouidentia ad elaborandam nobis ſanctioris anni proſperitatem. Dederas nempe olim Eccleſiaſticæ Prærogatiuæ defẽſoribus optati Patrocinij Tui certa pignora, ſtrenuus ipſe vel in tenero ætatis flore, ſub primis honorum auſpicijs, decoris, & iuris Eccleſiaſtici Propugnator. Iam tum à puluere Academiarum erudito ad curas communi bono excubantes, ideoque verè Romanas, maturè translatus, eminere inter alios cœperas, tam virtutis vi, atque Conſilij, quàm dignitatis, & muneris gradu; non laudem ſolum omnium, ſed ac-

cla-

clamationem quoque promeritus, in recognoſcendis Romanæ Cancellariæ formulis, in rationibus ditionis Pontificiæ adminiſtrandis, Apoſtolicæ Cameræ inter Præſules verſatus, dein ſupremus eius Auditor, donec celſiſſimum Purpuratorum in Senatum cooptatus, admotuſque Montisfaliſci Infulis, vbique adeo ſolicitam, vna cum eximia Integritate, ac Prudentia, operã probaſti omnibus, vt, qualem ſibi polliceri vix vllum audent, experiri Te vnum gauderent, adeuntibus facilem, comitare perbenignum, expeditum conſilijs, iudicio incorruptum, iuſti tenacem atque propoſiti, ac tam certa veri comprehenſione perſpicacem, quam publicæ ſalutis procuratione indefeſſum. Ideo tot Pontificibus, continuata ſerie rerum poſitis, atque in proxima Diuinitati Sede conſtitutis, Vrb. VIII. Innoc. X. Alex. VII. Clem. IX. mirificè acceptus, oſtendiſti non ex alieno arbitrio tam beneuola pẽdere ſuffragia, ſed Tuo ex merito; nec fortuitæ gratię deberi, ſed ſolidæ virtuti; nec extra te demum eſſe, quæ in te honorifica, vndique redundauerant, ornamenta. Iam à Sanctiſſimo Clem. X. in partem laboris, curæq; multiplicis adſcitus, nõ modo votis, præſagijſque noſtris, ſed tuis quoque virtutibus, ac te ipſo maiorem te præſtitiſti. Quam luculenta enim imagine repræſentas Optimi Principis, omniumque amantiſſimi propenſionem; atque mentem, nulla negotiorum intermiſſione cæteris viuens magis quam Tibi, & ad commoda populorum, ad accedentium vota, ad incolumitatem Reip. ad Sacri Principatus gloriam, & mundi Catholici quietem

in-

Digitized by Google

intentus animo ſemper, & præſens! Haud alia inge-
nij, amoriſque propenſione ſacram, hoc toto opere
ſuſceptam, cauſam tueberis Eminentiſſime Princeps.
Nam in Auctore quidem, nihil niſi obſequentiſſima
erga tuam ſummam amplitudinem ſtudia, & erga
parem Beneficentiam perinde grata reſpicias, velim.
Ac dum ad Sacræ Purpuræ oſcula venerabundus ad-
uoluor, omnem Tibi Cælitus fauſtitatem, atque in
Te omnibus, precor.

Digitized by Google

Catholicis Lectoribus, & Veritatis Eccleſiaſticę ſtudioſis.

MAGNO Iubilei labente Anno humanæ redemptionis milleſimo ſexcent. Sept. quinto, quem Sanctum dicimus, quemque vt religionis, & ſanctitatis maieſtas, magis, magiſque viueſceret, & altius eleuaretur Summus animarum Paſtor, Princeps noſter re, & nomine Clemens, huius nominis Decimus, cuius probitatis memoria apud poſteros immortalitatem æquabit, haud ignarus, quod non videri poteſt Optimus, niſi qui eſt omnibus Optimis in ſua cuiuſque laude præſtantior; vt Dominicas oues ad Diuinitatis ſolium ſecurius perduceret, admirabili pietate, ſummaque in omnium ordinum homines benignitate, atqud Clementia, alys non ſibi Clemens, nullis, aut vigilys, aut laboribus parcens, expanſis cæleſtium indulgentiarum theſauris concelebrabat; ad catholicæ veritatis tranquillitatem euertendam, & ſancta coinquinanda, in lucem prodÿt Tractatus inſcriptus Regia in Matrimonium Poteſtas quo Eccleſiaſtica, & laicalia Iura confunduntur, iniurioſis commentis lacerantur, vtrique, quod ſuum eſt, tollitur, quod non eſt tribuitur, quin imo laicali poteſtati conceditur, quod non ſine graui Eccleſiaſtici Iuris iniuria, ſuique dedecore, ſuum facere nequit. Nouum hoc inter Orthodoxos, Etharodoxos vero vetus in Eccleſiaſticam poteſtatem commentum, in fine milleſ. ſexcent. ſeptuag. quarti Ioanne Launoio Authore e typis erupit. Inſcriptio ipſa Operis qualitatem deſignabat; quod tamen ab aliquibus prædicari audiſſem, ad ipſum perquirendum curioſitas impulit, diuque conquiſitum in meas tandem manus incidit. Turbari fateor, confeſtim cæpi ipſum legendo, ſimulque dolere, quod in eo Eccleſiæ iura tam male haberentur; vnde eiuſdem oppoſitiones, obſeruationes, atque præmiſſas diligenter recognoui, & lentè examinaui, nec non cum decretis Sacrorum Conciliorum, Romanorum Pontificum Conſtitutionibus; Sanctorum Patrum dictis, hiſtoricis tàm ſacris quàm profanis documentis, & ipſiſmet Cæſareis legibus contuli, ſenſumque ab Auctore elicitum, & in ſuis fontibus hauſtum accepi, ſine odio, ſine amore, ſine inuidia expendi. Hunc vero ab Orthodoxa veritate omnino alienum, cum Etherodoxorum dogmatibus, impÿſque impoſturis conuenientem comperi; nec me moderari potui, quin ſtricto calamo, ſuſceptoque ſtudio à tot mendacÿs Eccleſiaſticam libertatem vindicarem, & calumnias nedum Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni, ſed & Catholicorum Principum poteſtati, & pietati impoſitas abolerem. Ad quod principaliter impulit modus, quò mordaci calamo à Launoio punguntur Patres, carpuntur DD. ſugillanturque omnes Catholici Scriptores, docentes Ad ius Eccleſiæ pertinere,

tinere, inſtituere leges fidelium matrimonium reſpicientes, nihil-
que iuris in matrimonij eſſentialibus Laicos Principes ſibi vindi-
care poſſe; *quaſi neglexerint Canones, doctrinam corruperint, & an-*
ſam Etherodoxis dederint Catholicam veritatem calumniandi. Quæ
quidem animum exulcerarunt, & ad refellendas huiuſmodi calumnias à
veritate alienas impulerunt. Ecquis credet omnes Sanctiſſimos Patres.
Canones contempſiſſe, & ex eorum ignorantia lapſos eſſe? Scolaſticos
omnes Doctores eoſdem deſpexiſſe, & minus reuerenter tractaſſe? Tri-
dentinæ forſan Synodi aliorumque Oeuchumenicorum Conciliorum do-
ctiſſimi Patres, & alij præclaræ ſanctitatis viri contra Canones deli-
querunt? Bellarminus, Baronius, & omnes Catholici DD. Canones
neglexerunt, & repudiarunt? Num Canonum ignorantia à veritate de-
uiarunt? Perſuaſum eſt mihi Launoium *aut eos non vidiſſe, aut aliud*
egiſſe, cum legebat. Hæc inquam ad Launoij *calumnias refellendas*
impulerunt, quod, fauente Deo, ſuiſmet argumentis, verbis, atque
doctrinis perficere datum fuit, vtque verum fatear, nunquam putaſſem
me in Aduerſario inuenturum, quæ pro me aduerſus eundem facerent,
ſuumque Thema retortis iaculis euidenter concuterent; quod ſatis fa-
ctum arbitror in præſenti Apologemate, adeo vt qui oculis abuti volunt,
manibus palpare poſſint, quantum Launoij *Aſſertiones à veritate catho-*
lica diſtent. Literarios hoſce labores, quos ad rem Eccleſiaſticam,
Theologicam, Legalem, & Hiſtoricam in commune Catholici Orbis
bonum confero, quibuſque nil aliud præter catholicam veritatem inten-
do, duobus diſtinctos Capitulis, tibi propono, Amice Lector, in quorum
primo, omnia habes, quæ inconcuſſum Eccleſiæ Ius in fidelium Matri-
monijs ordinandis, conſtanter tuentur, atque demonſtrant; In ſecundo
verò Launoij *argumenta reijciuntur: Quin contra ipſum eadem re-*
torquentur. Habes itidem in hoc Opere contra eundem Auctorem: Vin-
dicias prò ſumma D. Thomæ, & Annatarum iuſtitia, *ex quibus*
quantum ipſe in omnibus errauerit confeſtim agnoſces, eiuſque doctrina
reprobata cum D. Auguſtino lib. 3 contra Iulianum cap. 3. *contra ip-*
ſum exclamabis Mira ſunt, quæ dicitis, noua ſunt, quæ dicitis;
falſa ſunt, quæ dicitis. Mira ſtupemus, noua cauemus, falſa
conuincimus. *Ea igitur animi pietate, & in Sedem Apoſtolicam re-*
uerentia hoc ſtudium excipias, qua ex proprij inſtituti ratione ſacris
ſtudijs incumbens Catholicæ Eccleſiæ indemnitati prè cæteris inuigilare,
& conſulere debeo, ad Nouatorum calumnias fugandas, & mendacia
propulſanda hoc ipſum tibi expono. Hoſce inquam ſacrorum laborum
fructus ex Oecumenicorum Conciliorum viridario, vna Catholicorum
omnium Doctorum manu collectos, quo dantur animo ab omni fuco, &
mendacio alieno, eodem accipias, quæque Catholico candore inde Eccle-
ſiaſticæ maieſtati vtilia hauſeris, ea ipſa in Deum Sapientiæ fontem,

Digitized by Google

vnde emanarunt, *reuolue*. *Contra quæ ſi qui inſurgant Liuidorum oculi*, *ipſos deſpicias*, *nam & ego*, *quod non rationabiliter diſceptando*, *ſed fallaciter eludendo*, *& à catholica doctrina cum Luthero*, *Caluino*, *aliiſque impiis Nouatoribus declinando*, *calamum duntaxat perſtringere poſſint*, *illorum inſcriptiones negligam*, *ratus Catholicos Doctores aduerſus illorum non minus impia*, *quàm ridicula commenta vna mecum dicturos*, *quod ſcripſit D. Aug.* Epiſt. 118. ad Ianuar. Si quid tota per Orbem frequentat Eccleſia, quin ita faciendum ſit diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. *Sacrorum Canonum*, *decreta*, *aliaſque Apoſtolicas Conſtitutiones*, *quæ in hoc meo Apologemate leui manu tetigi*, *pleno calamo expendam*, *& vberius exarata exponam in meo Opere* Pontifices Legislatores, *inſcribendo*, *cuius conſilium*, *& ordinem propoſui in litera ad Lectorem*, *præpoſita æditis Commentariis ad omnes Eccleſiaſticas ſanctiones*, *quæ ſub Rubrica reſtitutionis in Integrum habentur in Decretal. ſext. & Clement. nec non ad Conſtit. S. M. Vrb. VIII. ſuper præſeruatione Iurium Sedis Apoſtolicæ*, *& inferiorum Eccleſiarum*, *Perſonarumque Eccleſiaſticarum à quibuſcumque præiudicialibus inſertis* Tractatui de Reſt. in Integrum, *quem præcedenti Anno* 1675. *Typis euulgaui*; *Et quoniam promiſſa editionis titulum*, *& præfati Operis diſtribuendi rationem*, *& ordinem*, *hoc vnum pandere impulit*, *vt Eccleſiaſtici Iuris*, *& Hiſtoricæ obſeruationis Amatorum vota audirem*; *ipſos obſecrans*, *vt ſiqua in eorum aluearibus delitèſcunt mella expromant*, *& vt quidquid in litterariis Theſauris nondum in publicam lucem editum aſſeruant in totius Catholici Orbis vtilitatem effundant*. *Te enixè precor*, *Amicè Lector*, *vt præfatam litteram attentè legas*; *Tuumquoque emendatrix conſilium*, *& præclara quæque ſubſidia efflagito*, *ſpero*, *atque expecto*. *Vale*, *& Deum omnium bonorum Datorem cole*. *Ex Vrbe Æterna*. *Anno à ſalute parta Mil. Sex. Sept. ſext.*

A R·

Digitized by Google

HAec Aſſertio. *In eſſentialibus matrimonij, quatenus eſt legitimus contractus inter fideles, ſola Eccleſia leges impedientes, & dirimentes inſtituere, ac in ipſis diſpenſare poteſt.*

Omni æuo in Eccleſia, & ſchola ſemper fuit communis, ab Apoſtolis, à Summis Pontificibus, ab Oecumenicorum Conciliorum Decretis, ab Eccleſiæ Doctoribus, ſanctiſque Patribus ad praxim redacta, nec non à Theologis, Canoniſtis, ipſiſque Neotericis Iuris Conſultis communiter recepta. Rationes vero, fundamenta, & auctoritates proponuntur, & expenduntur in cap. 1.

Aſſertio oppoſita, ideſt: *Chriſtianus Princeps ſæcularis leges fidelium matrimonium impedientes, & dirimentes ſtatuere poteſt.* Catholicæ Eccleſiæ praxi, Apoſtolicis Conſtitutionibus, Sacris Canonibus, Oecumenicorum Conciliorum Decretis, Sanctorum Patrũ dictis, & communi Theologorum, Canoniſtarum, ac Iuriſtarum voto repugnat. Eius vero Commenta, & in Eccleſiaſticam poteſtatem iniuriæ reijciuntur in cap. 2. vbi *Ioannis Launoij* rationes, obſeruationes, & argumenta, vti deuiantia à Sacrorum Conciliorum decretis, repugnantia Pontificijs Cõſtitutionibus, & ab omni veritate aliena, ſuiſmet in ipſum retortis iaculis conuincuntur.

In Vindicijs pro Annatarum iuſtitia, concutiuntur, in hac parte *Ioannis Launoij* errores nec non quędam, quæ ex erudito, *F. Natalis Alexandre*, calamo incaute excidiſſe obſeruauimus: vti correctione digna, & Sedi Apoſtolicę, iniurioſa, reijciuntur.

In Vindicijs pro ſumma D. Thomæ, auctoritatibus quibus doctiſſimus *F. Natalis Alexandre*, in Opuſculo contra *Ioannem Launoium* Typis edito Anno 1675. inſcripto: Sũma D. Thomæ vindicata, ſummam Theologicam D. Thomæ, eiuſdem Angelici Doctoris genuinum opus fuiſſe probat; additur irrefragabile teſtimonium *Ptolomei Lucenſis*, qui fuit D. Thmæ familiaris.

Digitized by Google

Opera, & Tractatus ab Auctore, Typis Tinaſſij Romæ euulgati.

ORatio de Chriſti Aſcenſione habita in Sacello Pontificio coram Alexandro VII.

Oratio de Chriſti Aſcenſione habita in Sacello Pontificio coram Clemente IX.

Oratio habita pro aperitione ſtudiorum in Vniuerſitate Sapientiæ Romanæ inſcripta: Sapientiæ Prototypon.

Oratio in Parentalibus Leonis X.

Tractatibus de reſtitutionibus in integrum.

Commentaria ad omnes Decretales, quæ habentur ſub titulo de reſt. in integrum, nedum in V. ſed in VI. Decretal. & Clement.

Commentaria ad Bullam Vrban. VIII. ſuper præſeruatione iurium Sedis Apoſtolicæ inferiorum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum à quibuſcunque præiudicialibus:

Commentaria ad c. Quidam cedendi de Renunc.

Vita, & Geſta Vrban. VIII.

Vita, & Geſta Alex. VII.

Digitized by Google

AVCTORIS VINDICIÆ
P R O
SVMMA DIVI THOMAE
E T P R O
ANNATARVM IVSTITIA
C O N T R A
Obſeruationes Ioannis Launoij in Materia Simoniæ.

Digitized by Google

VINDICIÆ

Pro ſumma Diui Thomæ & Annatarum Iuſtitiá.

SVMMARIVM.

1 *Harum Vindiciarum cauſa exprimitur.*
2 F. Natalis Alexandre *laudatur.*
3 *Launoius non facile ſe purgare poteſt ab iniuria Sedi Apoſtolicæ illata in materia Annatarum.*
4 *Approbantur quæ ſcribit* Alexandre *de ſumma D. Thom.*
5 *Item approbatur generalis doctrina* Alexandre *in materia Annatarum, ſed quædam ſpecialiter reijciuntur.*
6 Ptolomeus Lucenſis *probat ſummam fuiſſe compoſitam à D. Tho.*
7 R.P.D. Raymundus Capiſucchius *laudatur.*
8 *Chron. manuſcript. Ptolomei Lucenſis habetur in Bibliot. Vaticana.*
9 *Ptolomeus Lucenſis fuit fidelis, & exactus hiſtoricus.*
10 *Item fuit Auditor, & familiaris S. Thomæ.*
11 *Aduerſus Annatarum exactiones debaccantur heretici, nec non aliqui ex Catholicis.*
12 *Reijcitur decretum Concilij Baſilcenſis de Annatis.*
13 *Vetuſtiſſimus eſt in Eccleſia Annatarum ſolutionis vſus.*
14 *Inſanum eſt diſputare de eo, quod per totum Orbem Eccleſia frequentat.*
15 *Reijcitur aſſertio* Alexandre *quod in exactione legitima Annatarum requiratur conſenſus Regum, & Prælatorum Regni.*
16 *In ſimoniacis quia prohibitis Papa à Simonia reatu eximitur, & ipſo authorizante non committitur ſimonia.*
17 Michaelis Rabardei *doctrina de Annatis, fuit à Sede Apoſtolica damnata.*
18 *Decretum Concilij Conſtantienſis de impoſitione Annatarum recenſetur.*
19 *Papa vti Dominus bonorum Eccleſiaſticorum, ipſa bona vni tollere, & alteri dare poteſt.*
20 *Reges non poſſunt ſe immiſcere in exactione Annatarum.*
21 *Non omnia acta in Conſtantienſi Concilio ſunt legitima, quæ verò ſint recenſentur.*

22 *Pa-*

Digitized by Google

22 *Papa ex bonis Eccleſiaſticis decimas Regibus concedit.*
23 *Pragmatica ſanctio S. Ludouici ab Alexandre relata eſt, merum commentum, ſancto Regi iniurioſum.*
24 *Cardinalis Bellarm. laudatur*
25 *Concilium Baſileæ vti ſchiſmaticum reijcitur.*
26 *Pragmatica Sanctio contra Annatas nullum à Sacris Concilijs ſed ipſis regijs ordinationibus, vti corruptela reijcitur.*
27 *Reijcitur* Coſma Guymier *Annatarum exactionem improbans.*
28 *Item reijcitur* Duaren.
29 *Ioannis Gerſonis pietas, & doctrina commendatur.*

VINDICIAE

Pro Summa Diui Thomæ.

ADuerſus alteram tuam Lucubrationem, inſcriptam: *Veneranda Romana Eccleſiæ circa ſimoniam Traditio.* dum calamum
1 admouere ſtudeo, doctiſſime *Launoi*, (quòd *Obſer*. 8. in dubium reuoces: *An ſumma D. Thomæ, eiuſdem Angelici Doct. genuinum Opus ſit*. nec non *Obſeru*. 12. *& ſeqq.* de Annatis agens, à vero aberrans, multa Catholicæ Eccleſiæ iniurioſa ſcribas) per-
2 ſtrictum inuenio ab erudito Viro *F. Natali Alexandre*, quem inter grauiſſimos, & Sapientiſſimos Sac. Facultatis Pariſienſis Theologos, & ſanctiſſimi Prædicatorum Ordinis Magiſtros meritò adſcriptum, ſatis vbique teſtatur, ab ipſo nuper Pariſijs Typis euulgatum Opus, inſcriptum, *Summa D. Thomæ Vindicata*, mole quidem paruum, ſed doctrinæ pinguedine magnum. Dum inquam me quoque tibi in præfatis aduerſarium exhibere aggredior, calami progreſſus comprimere cogit eruditiſſimus *Alexandre*, qui in prima parte dicti ſui operis, tuam circa ſummam D. Thom. Dubitationem ſatis euidenter excludit. In ſecunda verò inſcripta, *Contra Lauonianas circa ſimoniam obſeruationes Animaduerſio*. Tuas in materia Annatarum iniurio-
3 ſas in Eccleſiam Romanam calumnias, aperto errore conuincit, dicens *pag. 69 ſimulet quantum poterit ſuam in Sedem Apoſtolicam reuerentiam Launoius, ab iniuria ipſi illata in Pio, Innocentio, cæteriſque Pontificibus, non facile ſe purgabit.*

Quamobrem his quæ acuto ſtylo & diſerta methodo, plenoque
4 calamo de ſumma D. Thom. *Alexandre* tradit, in omnibus me ſubſcribo; & tot ſapientiſſimis, ac vetuſtiſſimis, celeberrimo-

rum

rum Scriptorum monumentis , alijſque incontrouertibilibus ra-
tionibus , & argumentis , quibus *Alexandre* innititur, vel vni-
cum ei ignotum teſtimonium addam , cuius authoritas ſufficit
ad obſtruendum os præteritorum , præſentium , & futurorum ,
ne in hac parte amplius muſſitare audeant . In his verò , quæ
de Annatis ſcribit , licet generalem ab *Alexandre* propoſitam
doctrinam approbem , qua cum communi Orthodoxorum om-
5 nium DD. ſententia contra *Launoium* , Annatas ad ſimoniacam
hæreſim non ſpectare tam euidenter propugnat , vt qui oculis
abuti volunt , manibus palpare poſſint : Quædam tamen quæ
habet , Sac. Conciliorum decretis , & Eccleſiaſticis Conſtitu-
tionibus exdiametro repugnantia , approbare nec poſſum , nec
debeo , ſed pijſſimum atque doctiſſimum *Alexandre* admoneo
vt quæ incautè exciderunt e calamo, confeſtim colligat, & cor-
rigat .

6 Ad rem ergo deueniens , ne hæſitandi inpoſterum locus am-
plius remaneat vtrum Summa D.Thomæ genuinum eiuſdem
Angelici Doct. opus fuerit , præter tot ſapientiſſimos , & vetu-
ſtiſſimos ſcriptores , quorum auctoritate , hanc veritatem , ab
omni calumnia vindicat *Alexandre in Opuſc.inſcrip.ſum. D. Tho.
Vindic.* Irrefragabile *Ptolomei Lucenſis* eiuſdem Angelici Doct.
familiaris teſtimonium exhibeo , vt ipſe teſtatur in ſuo *Chronic.
M.S. Summorum Pontificum , & Sac. Doct. atque Principum* , vbi
etiam tradit *D.Thomam ſententiarum Libros* Alex IV. ſedente
conſcripſiſſe. *Summam* vero *Theologicam* tempore Clem.IV.

7 Hoc Ptolomei Lucenſis inſigne teſtimonium tot grauiſſimis
Scriptoribus hucuſque ignotum ab obliuionis tenebris eduxit
ſapientiſſimus , & eruditiſſimus P. Raymundus Capiſucchius,
Ordinis Prædicatorum decus, Sacri Palatij Magiſter , morum
ſuauitate, diligentia, Hiſtoriarum cognitione , ſacra eruditio-
ne , & Theologicis diſciplinis adeò inſignis , vt virtus , & glo-
riam primum ſibi in eo locum certatim contendant , vtraque
Amoris vtraque ſingularis æſtimationis illicium . Vir ſane do-
ctiſſimus, Maiorum ſuorum ſplendore illuſtris , ſed præclaris
ingenij ſui dotibus ſupra genus ipſum emicat , vt aperte colli-
gitur ex eruditiſſimo Opere ab ipſoTypis euulgato, cuius Titu-
8 lus eſt *Controuerſiæ Theologicæ* ; In quarum *Appendice à pag.* 10.
vſque *ad* 31. validiſſimis rationibus , & argumentis demon-
ſtrat D. Thomam ſummam Theologicam compoſuiſſe . Quam
veritatem ab omnibus commentis atque calumnijs vindicat ir-
refragabili *Ptolomei Lucenſis* teſtimonio, quod deſumptum tra-
dit ex eius *Chronic.M.S.* quem Codicem ex inſigni Bibliotheca

Digitized by Google

Eminentiſſimi D. Cardinalis Franciſci Barberini, eiuſdem integerrimi, piiſſimi, & doctiſſimi Principis benignitate, ipſi concreditum, ſingulari diligentia, & attentione peruoluiſſe teſtatur *pag.* 15. vbi cum *Franciſco Maria Florentino lib.* 1. *Memo. Comit. Matildæ*, notat *Ptolomeum Lucenſem* fuiſſe fidelem, et exactum hiſtoricum rerum ſui temporis *Pag.* vero, 21. eiuſdem *Ptolomei* verax teſtimonium conſiderans, eiuſdem verba refert, quæ & ego ipſe perlegi *in Chron. originali M S.* eiuſdem *Ptolomei Lucen.* qui aſſeruatur in Bibliothec. Vaticana.

9

10 Loquens enim *Ptolomeus Lucenſis de ſumma D. Thomæ*, ab ipſomet Angelico Doct. *D. Thom.* conſcriptam fuiſſe tradit poſt conſcriptos ſententiarios ad Annibaldum, tempore Clementis IV. vt expreſſe colligitur, ex his quæ notat idem *Ptolomeus* in d *Chron. lib.* 22. *cap.* 39. ibi: *Huius tempore* (Clement. ſcilicet IV.) *dictus Doctor* (S. Thomas) *ſcripſit ſummam, quam in tres partes diuiſit, videlicet naturalem; quia ibi deffinit de naturis rerum, & primo de diuina eſſentia, & ſecundo de rebus creatis. Secundam partem vocauit moralem, quam diuiſit in duo Volumina. Vnum volumen accepit in vniuerſalibus materijs, quę & primę, & ſecundę vocantur, reſpectu philoſophiæ moralis. Alia vero pars ſpeciales materias continet virtutum omnium, & vitiorum: tota fundata, & ornata Philoſophorum dictis, & rationibus, ac Doct. SS. auctoritatibus, quam ſecundam ſecundæ reſpectu eiuſdem materiæ appellamus. Tertia autem pars ſummæ, quæ eſt quartum Volumen Sacramentalis vocatur, quia in ea de Sacramentis agitur, & Incarnatione Verbi; & vltima pars dicitur, quia vltimo facta, ſiue quia finis eſt aliarum. Iſtius ergo ſummæ tres partes, quaſi ſcripſit tempore huius Pontificis, & vacationis ſequentis, quę fuit ſpatium duorum annorum, quia computantur in vacatione tres menſes, cum iam peruenit Viterbium, à tempore ſuæ creationis.* Hæc *Ptolom.* qui *lib.* 23. *Chron. cap.* 11. addit *D. Thom. tertiam part. ſum.* conſcripſiſſe tempore *Greg. X.* ibi: *Hic Doctor tempore huius Pontificis ſcripſit vltimam partem ſummæ, quę Sacramentalis vocatur, quia de Sacramentis ibidem agitur, & de Incarnatione Verbi, in qua arculi fidei continentur ſecundum ipſius humanitatem, ſed non compleuit morte præuentus*: Hæc *Ptolom.* Qui cum fuerit D. Thom. Auditor, & familiaris, eius teſtimonium concludenter probat omniſque impoſterum hæſitandi vmbra ſublata remanet prout ex doctiſſimo *F. Vincent. Ferre* plena manu docet nunquam ſatis laudatus *Mag. Capizzucchius in d. Append. loc. cit.*

VIN-

V I N D I C I AE

Pro Annatarum Iuſtitia.

11 NOn me latet aduerſus annatarum exactiones non ſolum proteſtantes hæreticos debaccari, vt refert *Paul Griſald. in deciſ. Fid. Cathol. verb. Annata*. Sed quamplures etiam ex Catholicis ipſas impugnaſſe; quodque admirationem auget, vel vt melius dicam in ſcandalum rapit, Patres quoque pro ge-
12 nerali Synodo Baſileæ celebranda, congregati, hac de re deteſtabile decretum, quaſi hoſtiliter promulgarunt. Vnde & *Launoius* Annnatarum impoſitionis, & exactionis impugnandæ argumentum ſumpſit, contra quem licet doctiſſimè inſurrexerit *Alexandre*. in ſua, *Contra Lauonianas circa ſimoniam obſeruationes, Animaduerſione, Pariſijs Typis eulgata* Anno 1675. Grauiſſimorum Doctorum auctoritate, Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, SS. Patrum ſententijs, Romanorum Pontificum, & Sac. Conciliorum decretis, Annatarum tam falſam, quàm odioſam notionem à *Launoio* confictam, concutiens; nonnulla tamen reijcienda ſe offerunt, vti Libertati Eccleſiaſticæ iniurioſa, quæ ex *Alexandre* calamo inaduertenter excidiſſe arbitror, cum alias, & in hac parte, & in reliquis ſuis diſertationibus, ſanam ſemper doctrinam docuerit.

Generali igitur doctrinæ, qua eruditus *Alexandre* Annatarum iuſtitiam euidenter propugnat, me ſubſcribo. Tam diuturnus
13 enim, vt teſtatur *Felin. in cap. ex parte il 1. num. 4. de offic. deleg* eſt harum ſolutionum vſus in Eccleſia, vt illius principium ignoretur, vnde maiori non indiget defenſione, & ad reijciendum quæ calumnioſè inferunt Romani Pontificis poteſtati infenſi, ſufficiant quæ ex *Thom. Campeg. de Inſt. Annat.* & à doctiſſimo *Anton. Maſſ. Galeſſ. de Annat.* pleno, & erudito calamo de more tradit, & docet R. P. D. *Fagnanus in com. ad 5. lib. Decret. cap. Præterea ne Prælat. vices ſuas, à num. 14. vſque ad finem eiuſdem cap.* vbi cum euidenter probet vetuſtiſſimam annatarum originem in Eccleſia, ex hoc efficax, & inconcuſſum iuſtitiæ annatarum fundamentum oritur: Impium ſiquidem eſſet tot Sanctiſſimos Pontifices, tot Sacra Concilia iniuſtitiæ, & impietatis inſimulare. Vnde ſcripſit *D. Auguſt. epiſt. 118. ad Ianuar. Si quid tota per orbem frequentat Eccleſia, quin ita faciendum ſit diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt* Conſuetudinem verò Romanæ Eccle-

ſiæ, prævalere authoritati cuiuſcumque Doctoris, docet *D. Thom.* 2. 2. *q.* 10. *art.* 12.

Generali inquam doctrinæ, pro annatarum iuſtitia, ab *Alexandre* propoſitæ, me ſubſcribo; Reijcio tamen ſingularem con-
14 cluſionem, quam proponit *pag.* 78. vt citra Simoniæ notam Romanus Pontifex Annatas exigere poſſit: ibi: *Annatas itaque citra calumniam, & Simoniæ notam Sum. Pontifex recipere poteſt, & exigere,) Regum, & Eccleſiarum cuiuslibet Regni accedente conſenſu.*

Dicere quod Papa citra Simoniæ notam imponere & exigere non poſſit Annatas, niſi Regum conſenſus accedat, eſt propoſitio temeraria; Omnium Sacrorum Conciliorum decretis, & Eccleſiaſticis Conſtitutionibus expreſsè contraria. Vtque verum fatear, haud ſcio, quo iure *Alexandre* tunc ſolum a Simoniæ nota Annatas liberet, ſi Regum, & Eccleſiarum cuiuslibet Regni accedente conſenſu exigantur, prout aſſerit *pag.* 74. in §. *mens eadem* inhærendo Pragmaticæ Sanctioni, quam dicit S. Lu-
15 douici. & *pag.* 78. in §. *Annatas itaque.* Memoriæ recurrit, quod Canoniſtæ, cum Theologis de Simonia loquentes, ad ſolutionem quæſtionis; Vtrum in Curia Romana committatur Simonia, cum hac diſtinctione procedunt. Aut agitur de his quæ ſunt Simoniaca, quia ab Eccleſia prohibita, vt emere, vel vendere beneficia Eccleſiaſtica; aut de his, quæ ſunt prohibita quia Simoniaca, vt vendere, vel emere Sacramenta. Semper didici, quod in primo caſu, nimirum vbi agitur de his, quæ ſunt Simoniaca, quia ab Eccleſia prohibita, ad quod genus non niſi referri poteſt impoſitio, & exactio annatarum, Simoniam non committi, quoties fiat authorizante, & ſciente Papa, & patet ex not. *in cap. fin. de Simon. in c. propoſuit. de conceſſ. præbend. in cap. A nobis de Decim. in cap. non debet de conſang. affinit. in cap. Præterea. Ne Prælati vices ſuas.* & plena manu docent *Canoniſtæ in Comment. ad Canones præfatos*, ſignanter doctiſſimus *Fagn.* Quamobrem vno ore cum Theologis, & Canoniſtis, docent ipſi Neoterici Iuris Conſulti, quod tradentes aliquid temporale pro re ſpirituali, cuiuſuis ſint ſtatus, gradus, & conditionis, ſimoniæ crimini obnoxij remanent; Solus Papa ab hoc reatu eximitur in Simoniacis, quia Iure Eccleſiaſtico prohibitis, vt latè docet *Fagn. in cap. ex parte num* 22. *de offic. deleg. & in cap. cum pridem num.* 5. *de pactis.* pleno calamo tradit *Bonac.* alios referens *de Simon. diſp.* 1. *q.* 7. §. 2. *prop.* 2. Nunquam audiui, & nouū erit apud Catholicos. DD. quod Regum conſenſus vim habeat purgandi actum alias ſimoniacum à ſimoniæ nota. Dicat que-

lo

Digitized by Google

ſo *Alexandre* vbi hæc didicit. Doceat vnde tam impium, & falſum commentum hauſit; Apud ſacræ ſuæ Religiones Doctores talia profectò non inueniet. Et *Michaelis Rabardei* doctrina,
16 quòd in ſuo Libro inſcripto: *Optat Gall.* inter alias impias aſſertiones, *sect.* 4. *numer.* 7. *fol. mihi* 91. Annatarum exactiones, à laicis Principibus in ſuis Regnis, prohiberi poſſe doceat, damnata fuit in S. Tribunali Inquiſitionis nigrumque Theta ſuper eius librum impoſitum, vt teſtatur *Diana in Apologia* contra *Rabard.* inſerta *in Tract. de Immunit.* vbi *tract.* 2.*reſol.* 339. *per tot.* in materia Annatarum eiuſdem *Rabardei* commenta reijcit.
17 Agnoſcat igitur *Alexandre* nullo iure ſancitum reperiri, quod vt Annatarum exactio à Simoniæ labe immunis euadat, Regum, & Eccleſiaſticorum, cuiuslibet Regni conſenſus exigitur. Quod etenim attinet ad conſenſum Eccleſiaſticorum. Non me latet *Conſtantienſis Concilij decretum ſeſſ.* 43. quo dicit *Alexandre* Martinum V. declaraſſe ſe nullatenus Annatas in aliquo Regno impoſiturum, niſi de conſenſu Prælatorum cuiuslibet Regni. Sed eſto, quod conſtet de auctoritate & legitimitate huius decreti ex hoc tamen nihilominus deduci non poteſt quod Prælatorum conſenſus, Annatarum exactionem à Simoniæ nota immunem faciat, & quod Papa ſine præfato conſenſu annatas licitè imponere & exigere non valeat. Nam quamuis attento *decreto Conſtant. Concil.* abſque iuſta, & rationabili cauſa, & ſine conſenſu Prælatorum cuiuslibet Regni Annatæ imponi, & exigi non debeant: dici tamen non poteſt, quod Papa irrequiſito conſenſu Prælatorum cuiuslibet Regni annatas licitè imponere, & exigere nequeat. Nam cum Papa independenter à quocumque
18 alio ſit Dominus, & Adminiſtrator bonorum Eccleſiaſticorum, ex iuſta cauſa poteſt ipſa bona vni tollere & alteri donare, iuxta commmunem DD. ſententiam, quam docent *Trulleneh. in Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 1. *Dicaſtill. de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 1 *dub.* 8. *num.* 100. *Leſſ. de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 19. *&* 20. *Molin. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 29. *concl.* 2. *Caietan.* 2. 2. *q.* 43. *num.* 105. *art.* 8. *col. de redditibus cap.* 23. *cum alijs ab ipſis relatis*.
19 Hinc etiam euidenter conſtat Papam ad ſui, & Romanæ Curiæ inſeruientium ſuſtentationem, ex bonis Eccleſiaſticorum, annatas exigere; nulloque pacto in his Reges ſe immiſcere poſſe, cum agatur de re à laicali iuriſdictione omnimodè ſegregata, & cuius dominium, ſeù potiùs adminiſtratio pertinet ad Papam.

Dixi, ſed eſto quod conſtet de validitate dicti decreti Concil.

Conſtantienſis. Irrita enim ac nulla fuiſſe acta eiuſdem Concilij *ex Card. Albano, Turrecrem. Card. Iacob.* tradit *Fagn. in cap. ſignificaſti num. 22. de elect.* Quamobrem Martinus V. illa duntaxat Conſtantienſis Concilij decreta confirmauit, quæ ad fi-
20 dem pertinent vt legitur in *ſeſſ. 45. & vlt. eiuſdem Concil. verſ. Quibus ſic factis tom. 3. Concil. p. 2. pag. 994.* Vnde ſequitur cætera, in ſua infirmitate permanſiſſe. arg. *cap. nonne de præſumpt. l. cum. præter. ff. de Iudic. Fagn. vbi ſupra dicto nu. 22. in fin.* Et conſequenter nihil iuris ex ipſis deſumi poſſe.

Quod vero attinet ad conſenſum Regum, in quo grauiter errat *Alexandre* cum Laici Principes, nomine Epiſcoporum neque debeant, neque includi poſſint, & illorum iuriſdictio ſit ab Eccleſiaſtica diſtincta. Iam patet neque attento dicto decreto Conſtant. Concilij Reges, & alios Laicos Principes quicquam Iuris in Annatarum exactione, vel prohibitione ſibi vindicare poſſe. Quin ipſos Imperatores, & Reges, vt Eccleſiaſticarum opum auxilio, Catholici Orbis defenſioni ſecurius vigilare, & Babarorum Tyrannidem propulſare poſſent Papæ auctoritatem & factum imploraſſe conſtat. Qui proinde ſi ex iuſta cauſa bona interdum Eccleſiaſtica Laicis Principibus concedere potuit, & poteſt, vt diſertè tradit *Trullench. in decal tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 6. num. 12.* Et ideo Imperatori, nec non Hiſpaniæ, & Galliæ Regibus ex bonis Eccleſiæ decimas conceſſit, vt obſeruant *Caſtilo Sotomaior de Tertijs cap. 10. num. 6. Valboa de Magroneta lect. ſalmat. tom. 1. ad cap. cauſam de præſcript. num. 12. & 13.* Quanto magis ſibi ipſi bonorum Eccleſiaſticorum fructus, Papa applicare poterit. Quod ſi quandoque Annatarum exactio ſuis Regnis oneroſa Principibus videatur, ipſam vti quid ab illorum iuriſdictione diſtinctum, neque prohibere debent, neque poſſunt; ſed ad Romani Pontificis Clementiam, paternamque indulgentiam, pro moderatione humiliter recurrant, vt eruditè pluribus relatis contra *Rabard.* aduertit *Dian. de Immunitat. tract. 2. reſol. 339. in fin. num. 5.*

Exemplum Pragmaticæ Sanctionis S. Ludouici Francorum Regis, vt ait, *Alexandre* editæ anno 1268. cuius verba refert
21 *pag. 74.* quoad Regum conſenſum eidem errandi cauſam dediſſe ad literam conuincunt, quæ ipſe colligit ex dicta Pragmatica ſanctione ibi: *Ex quibus colligi poteſt Annatas, aut ſimilia onera imponi poſſe Eccleſijs a Sum. Pontif. cum iſtæ conditiones concurrunt, nempè cauſæ æquitas, pietas, neceſſitas, & aſſenſus Regum ac Epiſcoporum.* In tam grauem tamen errorem non incidiſſet

ſi rem

Digitized by Google

ſi rem maturius perpendiſſet, iuriſdictionis defectum conſideraſſet, & S. Ludouici in Romanam Eccleſiam extraquam ſalus dari non poteſt piiſſimam reuerentiam, Romanoque Pontifici enixam obedientiam conſideraſſet; vel ex hoc ſuppoſitā S. Ludouici pragmaticam ſanctionem corruptam agnouiſſet, prout contaminatam fuiſſe cum Sanctiſſimi Regis iniuria, aduerſus Iura Sedis Apoſtolicæ, & libertatem Eccleſiaſticam infartis plagulis, quæritur *Genebrardus lib. de Sacr. elect. iur. cap.* 7. & plene conſtat ex his, quæ tradit *Raynaud. in Lucubr. de Bono Eccleſ. male ſiue diſpenſatis lib.*2. *ſect.* 1. *c.* 10. *n.* 21. *pag. mihi* 244.

22 Non profecto in hunc errorem incidiſſet *Alexandre*, ſi ad exemplum pragmaticæ ſanctionis S. Ludouici, vidiſſet, quæ reſpondet *Card. Bellarmin.* dignitate, pietate, doctrina, & integerrima Vitæ innocentia Emientiſſimus, in *Apologia* contra Regem Angliæ *cap.* 6. vbi ſic ait: *Addit poſtea S. Ludouicum Regem publica pragmatica ſanctione omnes Curiæ Papalis exactiones intra Regnum ſuum prohibuiſſe, & citat ad marginem, ex areſtis Senatus Pariſienſis. Ego vero legi quidem apud Nicolaum Gallum inter alias S. Ludouici ordinationes hæc verba. Item exactiones, & onera grauiſſima per Curiam Romanam, Eccleſiæ Regni noſtri impoſita, vel impoſitas, quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum exiſtit, ſiue etiam imponendas, aut imponenda leuari aut colligi nullatenus volumus, niſi pro rationabili, pia; & vrgentiſſima ineuitabili neceſſitate, & de ſpontaneo expreſſo conſenſu noſtro, & ipſarum Eccleſiarum Regni noſtri. Et fortaſſe hæc eadem verba habentur in areſto Senatus Pariſienſis, quod mihi notum non eſt. Cæterum legi Pragmaticam Sanctionem eiuſdem S. Ludouici, quæ habetur ad finem Tom. 6. Bibliotecæ SS. Patrum æditæ Pariſijs* 1589. *vbi habentur eædem ordinationes, demptis verbis ſupraſcriptis, quæ videntur poſtea additæ in odium Eccleſiæ Romanæ. Legi etiam ſimiles ordinationes, tum apud Paulum Emilium, tum apud Robertum Guagninum in Vita* S. *Ludouici, & verba illa à Nicolao recitata non reperio. Sed contra potius legi apud eoſdem Auctores S. Ludouicum Romanæ Eccleſiæ Pontificibus Innoc. IV. Alex. IV. Vrban. IV. Clem. IV. quorum temporibus vixit addictum & obedientem fuiſſe. Nam Innoc. IV. in Concil. Lugdun. excommunicanti, & deponenti Imperatorem Fridericum, aſſerit S. Ludouicus, atque vt verbis Aemilij vtar: ſe viresque Regni ſui, ac conſilium ſacroſanctæ poteſtati tutando paratum eſſe profeſſus, Innocentij cauſa dignitatem roburque addidit. Et infra. Inter ea Francus S. Ludouicus, auctoritate nominis Franci tegens Pontificem, ſacram inſuper militiam in barbaram religionem profeſſus erat. Denique in*

Vita

Vita S. Ludouici, quæ extat apud Laurent. Surium, a Confeſſario eius, vt creditur ſcripta, inter alia monita, quæ ſanctus moriens filio ſuo Regnoque hæredi dedit, hæc verba habentur: ſemper ſis addictus, & deuotus Romanæ Eccleſiæ, eius Pontifici, haud ſecus, atque ſpirituali Patri, te morigerum præbeas. Huc vſque *Bellarm.*

Non denique placent, quæ tradit *Alexandre pag.* 72. de Synodo Baſileenſi, dicit enim *Baſileæ Concilium ſeſſ.* 12. *&* 21. Annatas, vti Simoniacam hæreſim proſcripſiſſe, deinde ſubdit; in Baſileenſi Synodo de Annatarum iuſtitia dubitatum non fuiſ-
13 ſe, vnde in hac parte reprobata Baſileenſis Concilij decreta, approbat, ipſa ab iniuſtitia excuſare ſtudens. Certum puto non omnia, quæ in quibuſdam decretis illius Baſileenſis editionis ab Auctoribus aduerſus Annatas conſcripta habentur, fuiſſe Concilij verba, ſed vt optimè notat *Genebrard. lib. de Sacra. elect. iur. cap.* 7. fuiſſe aſſumenta Regiorum Miniſtrorum ſub Carolo VII. quod & idem exiſtimat *Campeg. Opuſc. de Inſt. Annat.*: in Baſileenſe Concilium id circo conclamans. Negari tamen non poteſt, quod decretis Baſileenſis Concilij Annatarum iuſtitia prematur, vt bene notat Fagn. in cap. præterea. *Ne Prælat. vices ſuas num.* 58. *&* 59. vbi refert verba orationis, quam de annatis habuit *Petrus de Monte* ab Eugenio IV. Legatus miſſus ad Henricum VI. Angliæ Regem; quibus nulla aptior, & efficacior ſolutio dari poteſt, iis, quæ exaduerſo vti deſumpta ex Baſileenſi Concilio, obicij ſolent. A Sanctorum Patrum laudabili enim more longe Baſileæ Synodum declinaſſe aduertens *Petrus de Monte* ait: *Legat quicunque voluerit eius Canones, & decreta; animaduertat eius actiones, & opera: perpauca certe inueniet, ex zelo fidei & charitatis feruore proceſſiſſe, aut ad vtilitatem publicam emanaſſe; ſed omnia plena ſunt odij, diſſidij, & ambitionis; omnia nedum ad debilitationem, ſed ad ſubuerſionem ſupremi capitis Eccleſiæ, quorumdam machinationibus ordinata.* Hinc eſt quod Angli iniuſtum illud Baſileenſium decretum acceptare recuſarunt. Hinc Æneas Siluius, poſtea Pius II. qui in minoribus agens Baſileenſi Synodo adhæſit, ad Pontificatum euectus Conſtitutionem edidit contra detrectantes ſoluere annatas, quæ Conſtitutio refertur in altera *Conſtit. Innoc. VIII.* quæ incipit *Apoſtolicæ Bullæ tom.* 1. *pag.* 376. Hinc itidem eſt, quod nihil eius auctoritate vrgetur Annatarum impoſitio, & exactio, præſertim quia inter reprobata Concilia, Baſileenſe recenſetur, vt plene teſtatur *Raynaud. dicto lib.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 10. *numer.* 21. Anno ſiquidem 1431. pro reformatione morum tam Clericorum, quam Laicorum, & contra Huſſitas, alioſque

Hæreticos Baſileenſe Concilium inchoatum fuit. Primum a Martino Quinto indictum Papiæ, ſed ob peſtem ibi graſſantem, Senas traslatum, & inchoatum: deinde ab Alfonſo Aragoniæ Rege interruptum, in fauorem Imperatoris, qui illud in Germania celebrari cupiebat, continuatum fuit Baſileæ Eugenio Quarto ſedente, vbi Sigiſmundus Imperator interfuit; præfuit primo Iulianus Card. Cæſarius Legatus Apoſtolicus, & poſt eius reuocationem Ludouicus Card. Arelaten. Perductumque fuit vſque ad Annum 1442. Sed inter improbata Concilia recenſetur, nam, vt optime aduertit *Fagn. in cap. ſignificaſti de elect. num.* 17. etiamſi ab initio Concilium Apoſtolica authoritate congregatum fuerit; attamen ſi poſtea per Romanum Pontificem diſſolutum, aut alio translatum fuerit, ex eo tempore acephalum, & ſchiſmaticum remanet, nec ſit amplius Concilium, ſed Conciliabolum. *Cap. Clericus* 24. *qu.* 3. *cap. ſubmittitur diſt.* 21. Et definitum fuit in Lateran. Concil. Sedente Leon. X. celebrato ſeſſ. 11. quod habetur *tom.* 4. *Concil. part.* 2. *pag.* 120. Vnde præfatus Card. Iulianus Cæſarinus, qui ab initio fuerat Sedis Apoſtolicæ Legatus in Concilio Baſileenſi poſt illius diſſolutionem, ſeù translationem factam ab Eugenio IV. diſſerens cum Ænea Syluio, poſtea Pio II. illud non Eccleſiæ Synodum dicebat, ſed Sathanæ, & Miniſtrorum eius ſynagogam, vt teſtatur ipſemet Pius II. in ſua conſt. edita 6. Calendas May 1463. recenſita in 1. *tom. Bullar pag.* 322. Quæ incipit: *In minoribus agentes*. Sic igitur cum dubitari non poſſit, vt aduertit *Fagn. in dict. cap. ſignificaſti num.* 25. *&* 26. Baſileenſe Concilium, nedum poſt translationem, ſed etiam ante translationem omnibus non fuiſſe legitimum, & vti Conciliabolum à Later. Concil. ſub Leo. X. ſeſſ. 11. improbatum fuiſſe, vt etiam teſtatur *Spond. in Auct. Chronol. Ann.* 1431. nulla vis fieri, nullaque auctoritas deſumi poteſt ex decretis, ex eius Actis deſumptis, ſolumque attendi debent, quæ à Nicolao V. confirmata habentur. Nam cum Felix V. Antipapa Schiſmaticus ad vnitatem Eccleſiæ componendam, hortatu Friderici III. Imp. pſeudo Pontificatum reſignaſſet, & omnia Acta Baſileenſis Conciliaboli ſuo ipſius iudicio quaſi improbaſſet. Nicolaus V. pacis gratia, illas Conſtitutiones approbauit, cęteris reiectis, quæ de beneficijs Eccleſiaſticis promulgatæ fuerant. Vt patet ex eius Bulla edita 14. Calend. Iulij 1449. Dat. Spoleti, quæ habetur inter Acta Baſileenſis Concilij *tom.* 4. *Concil. part.* 1. *pag.* 196.

Euerſo verò, & ſublato fundamento decreti Concilij Baſileenſis

enſis de Annatis, conſequenter & cætera ſuper ipſo exedifica-
ta corruunt præſertim pragmatica Sanctio Gallicana, vt no-
tat *Fagn. in dict. cap. Præterea, ne Prælat. vias ſuas nu.*62. Quam
& contaminatam cum Sanctiſſimi Regis Ludouici Iniuria, do-
let, & quæritur *Genebrard.* ex notat. per *Raynaud. in Lucubr. de*
*bon. Eccleſ. lib.*2. *ſect.*1. *cap.*10. *num.*21. Vnde teſtatur *Fagn.*
24 *dict. num.*62. Pragmaticam illam ſanctionem, vtpote Regni
Franciæ corruptelam, tempore ſchiſmatis, Caroli VII. aucto-
ritate, à poteſtatem non habentibus, cum maximo animarum
periculo, & ſcandalo, dignitatiſque Apoſtolicæ detrimento,
& vilipendio promulgatam, anno 1438. Die 7. Iulij in Bituri-
cenſi Concilio; tanquam ſchiſmaticam à Ludouico XI. Fran-
corum Rege abrogatam, & abolitam fuiſſe; prout conſtat ex
literis patentibus abolitionis relatis *tom.*4. *Concil. p.*1. *pag.*35.
Quod idem factum fuit à Parlamento Franciæ, vt in litteris
caſſationis, quæ habentur *eod. tom*4. *Concil. pag.*107. Nec non
ab Eugenio IV. Nicolao V. Pio II. & Leone X. in Lateran.
Concil. vt patet ex eius *Conſtit.* edita 14. kalend. Ianuar. 1516.
in 11. ſeſſ. quæ incipit. *Paſtor æternus*, & habetur *eod. tom.*4
*pag.*38. *&* 120. Ipſamque Romanos Pontifices non ſecus, ac
pernicioſam hæreſim execratos fuiſſe, conſtat ex notis ad
Bituricenſe Conciliabolum, recenſiſtis in *dict. tom.*4. *Concil. pag.*
25 410. Venenum quod hauſerat in Bituricenſi Conciliabolo ru-
ctauit *Coſma Guymier in ſua Gloſſ. ad pragmaticam ſanctionem in*
tit. de Annatis. Vtque gratiam aucuparetur Prælatorum Gal-
liæ, qui in Baſileenſi ſynodo contra annatas præualuerant, &
pro illius pragmaticæ reuocatione citabantur in Lateranenſi
Concilio à Iulio II. conuocato, compoſuit gloſſam textui non
diſſimilem, cum vtrumque manauerit ex eodem fonte liuoris,
& odij in Romanos Antiſtites. Quantumque *Guymier* Sedi
Apoſtolicę, & Romani Pontificis poteſtati inuideret clare pate-
facit ſuis dictis, ſeù potius maledictis, vt bene aduertit *Card. Si-*
monetta tract, de reſer. quæſt 62. ibi: *Non omitto, quod quidam Do-*
ctor Gallicus in quodam opuſculo ſuper pragmatica ſanctione, in-
ſenſus Pontificiæ poteſtati, &c. Verum contigit illi, vt bene no-
tat *Fagn. in dict. cap. Præterea. Ne Prælat. Vic ſuas ſub num.*63.
§. *Sed quantum in fin* quod ſemper euenire ſolet impugnanti-
bus veritatem, vt plura ſint mendacia, quam verba. Quantis
verò calumnijs, & mendacijs abundet *Guymier* euidenter de-
monſtrat *Fagn in dict. cap præterea à num.*63. *vſque ad* 76. Vi-
26 dendus etiam *num* 99. vbi *Duareni* commenta reijcit, qui in
*Tract de beneſ. lib.*6. *cap.*3. Annatarum exactionem exterminare
cona-

conatur. Defenſionem etiam Annatarum cõtra *Duarenum*, quem ſequuntur eiuſdem farinę homines *Tobias Paurmeſter de Iuriſd. lib.2. cap.3. num.37. & ſeq. Theodor. Keinkingk de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib.3. claſſ.1. cap.8. nu.25.* habetur apud *Fillut. tom.1.*
27 *tract.41. tit.6. num.54.* Vtque cætera prætercam, Annatarum tam falſa, quàm odioſa notio poſt alios DD. Gallos à *Launoio* conficta, *Ioannis Gerſonis* teſtimonio palpabiliter concutitur, cuius authoritas tanta ſemper fuit in Gallicana Eccleſia, & in Pariſienſi Accademia, vt Sacra facultas Pariſienſis Chriſtianiſſimi Doctoris ei nomen detulerit, vt teſtatur *Alexandre pag.* 71. acriter etenim inuheit *Ioannes Gerſon. lib. de ſtat. Eccleſ. conſider. 5. de ſtat. Rom. Pont. & Dom. Card.* contra illos, qui Annatas ad Simoniacam hæreſim, prout *Launoius* facit pertinere aſſerunt, ibi: *Oppoſitum verò pertinaciter opponens notando generaliter de Simoniaca prauitate totum ſtatum iſtum, temerarius eſſet, nec ferendus.* Ijs verò, quæ eiuſdem *Ioannis Gerſonis* au-
28 thoritate contra Annatas opponuntur, deſumptis ex *tract. eiuſd. de Simonia* plenè ſatisfacit *Fagn. in dict. cap. Præterea ne Prælat. vices ſuas à num.77.* vſque ad 99. Cæterum Launoij errores, cæteraque Annatarum iuſtitiam reſpicientia pleno calamo tradere promittit R. P. D. Marcellus Seuarolus vtili diſertioni eruditam, atque vltimam manum imponens, in qua pleno calamo Annatarum materiam pertractat.

In ſolo Deo Virtus, & Salus inuenitur.

F I N I S.

LEgi, iuſſu Reuerendiſſimi P.F. Raymundi Capiſucchi Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri, Librorum, qui, Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtas, inſcribitur, compoſitum ab Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino Dominico Galeſio Epiſcopo Rubenſi, in quo eruditè, ac neruosè probatur Eccleſiæ poteſtas in matrimonia. Quare dignum cenſeo, qui typis mandetur.

F. Iacobus Riccius Ord. Præd. S. Theol. Mag.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſucchius Ord. Prædic. Sacri Palatij Apoſt. Mag.

Digitized by Google

ECCLESIASTICA IN MATRIMONIVM POTESTAS.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur, quibus connubialibus Legibus ab ipſis Naturæ incunabulis, Humanæ ſpecie propagatio circumſcripta fuerit. Et quibus hodie matrimonia regantur. Nec non fundamenta ſternuntur, ſolidiſſimis rationibus, & Catholicæ veritati innixa, quibus conſtat, Eccleſiaſtici Iuris eſſe, Inſtituere leges Fidelium matrimonia impedientes, & dirimentes. Infidelium vero connubia, vtpote non excedentia fines ciuilis, & naturalis contractus, ad Ciuilem poteſtatem, atque ideò ad Ius Regium pertinere.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium humani Imperij materies dicitur.*
2 *Matrimonium humanum genus immortale facit.*
3 *Solæ nuptiæ homines faciunt, & nihil ipſis eſt hominibus vtilius.*
4 *Inter res mortalium nihil venerandum magis quam matrimonium.*

5 Matrimonium humanum genus conſeruat.

6 Parientium fæcunditas eſt munus diuinum.

7 Nuptiæ replent terram, Virginitas Cælum.

8 Coniugalis ſocietas eſt mundi elementum, & humani generis ſeminarium.

9 Matrimonium eſt Vinculum diuinitus inſtitutum.

10 Sine coniugio hominum ſocietas ſubſiſtere non poteſt.

11 Coniugij fines numerantur.

12 Sobolis procreatio eſt præcipuus finis Matrimonij.
Sobolis procreatio ſub ſe continet conſeruationem Reipublicæ, & conſeruationem Eccleſiæ, ibid. n. 12.

13 Priuatæ perſonæ in propria prole renaſcuntur.

14 Generatio genus humanum facit immortale.

15 In ſolo matrimonio naturali libidini honeſtè ſatisfacere poſſumus. Legitimo coniugio Ciuitatis, & humanæ Reipublicæ amplitudo conſeruatur. ibid. n. 15.

16 Reſpublica ſtare non poteſt ſine nuptijs.

17 Romana Reſpublica peſſum iuit neglecta liberorum procreatione.

18 Vrbs ſalua eſſe non poteſt, niſi loco illorum qui morbis, & bellis abſumuntur, alij ſubſtituantur.

19 Genus humanum abſque generatione permanere non poteſt.

20 Animantia, ſolum per generationem ſuas ſpecies propagare, & conſeruare poſſunt.

21 Per corporum commixtionem natura propagatur.

22 In Terreſtri Paradiſo inſtitutum fuit coniugium in officium.

23 Coniugium poſt peccatum ceſſit in remedium libidinis.

24 Matrimonium eſt hominibus naturale.

25 Homo eſt magis naturaliter animal coniugale, quam politicum.

26 In rebus caducis per generationem ſpecies prorogatur.

27 Mas, & Fœmina per matrimonim nodo indiſſolubili coniunguntur.

28 Expo-

28 *Exponitur matrimonij eſſentia.*
29 *Non datur matrimonium in pari ſexu:*
30 *Nero Imp. contra Ius nat. & ciuil. adoleſcentem ſibi iunxit in matrimonium.*
31 *Matrimonialis nexus eſt hominibus naturalis.*
32 *Matrimonium quomodo hominibus dicendum ſit naturale exponitur.*
33 *Deus, & Natura nihil agunt fruſtra.*
34 *Dentes molares ſunt abtuſi, anteriores acuti ratione finis.*
Planta pedum eſt plana ratione finis ibid. n. 34.
35 *Ex concubitu maris, & fœminæ natura inter homines non ſolum prolem, ſed & eius educationem intendit.*
36 *Filij à parentibus ſuſcipiunt, eſſe, ali, & educari.*
37 *Ex vago concubitu, & prolis incertitudine amor, & edutionis cura tepeſcit.*
38 *Fornicarius concubitus eſt contrarius debitæ propagationi naturæ humanæ:*
Fornicatio eſt peccatum lethale. ibid. n. 38.
39 *Naturæ repugnant concubitus cum beſtiis, vel inter illos eiuſdem ſexus.*
40 *Naturæ repugnat ex ſexuum commixtione aliud quam propagationem intendere.*
41 *Innupti, & innuptæ ſecundum aliquas nationes, corporis ſui copiam inuicem ad ſui libitum faciunt.*
42 *Lege Moſayca* Habreis, *innuptarum voluptuoſus, & liber concubitus interdictus fuit.*
Lege Moſayca circumciſis inter ſe extra matrimonium nullus concubitus licitus habebatur. ibid. n. 42.
43 *Ratio praſcriptarum, e Sancto populo meretricum adducitur.*
44 *Meretrices tollerantur, vt Matronarum, & honeſtarum Virginum pudicitia Veneris inſidijs non remaneat obnoxia.*
45 *Apud Indos etiam Gentiles ſimplex ipſa ſcortatio graue eſt delictum.*

Digitized by Google

46 *Naturæ non congruit per vagos concubitus humani generis propagationi inſiſtere.*

47 *Veterum Atticorum vſus refertur in concubitu, & prole ex eis proueniente.*

48 *Vnde veteres Attici Cecropem biformem dixerint, oſtenditur.*

49 *Connubialibus legibus remotis parum ab Armentis homo diſtaret.*

50 *Sine Matrimonio pereunt humanæ vitæ commoda, & decora.*

51 *Fallax eſt iudicium quod ſoboles ex formæ ſimilitudine diſcernatur.*

52 *Reprehenditur Platonis, & Socratis ſententia de communione Vxorum ad maiorem hominum vnionem.*

53 *Natura humani generis conſeruationem conſtituit in coniunctione maris, & fœminæ nexu indiſſolubili firmata.*

54 *Vir & vxor ſunt duo in carne vna.*

55 *Matrimonialis nexus indiſſolubilitatem docent ſacra pagina, & ipſa Natura ſuadet.*

56 *Deus ex homine fœminam creauit, eamque de latere eduxit vt eſſet per naturæ.*

57 *Quæcunque naturæ vincula matrimonio ſunt poſthabenda.*

58 *Prima matrimonij. inſtitutio in lege naturæ immediate prouenit ab Adamo, Deo inſpirante:*

59 *Quæ ſit Richardi opinio circa matrimonij inſtitutionem oſtenditur, prout non bene citari à Sanch demonſtratur.*

60 *Matrimonium quando à Deo inſtitutum, atque præceptum fuerit exprimitur.*

61 *Recenſetur opinio D. Auguſtini de conſtitutione matrimonij.*

62 *Creatio Maris, & fœminæ non fuit inſtitutio matrimonij, vt Richard. cenſet.*

63 *Verba prolata ab Adamo, hoc nunc os ex oſſibus meis &c. denotant executionem inſtitutionis matrimonij.*

64 *Naturalis inſtinctus quo Bruta ad maris & fœminæ coniun-*

niun-

Digitized by Google

niunctionem ducuntur, in hominibus habet vim præcepti.

65 *Matrimonium eſt neceſſarium ad procreandam ſpeciem, ſicuti ad conſeruationem indiuidui alimenta.*

66 *Conſeruare per generationem humanam ſpeciem eſt præceptum diuinum.*

67 *Matrimonij indiſſolubilitas eſt naturalis.*

68 *Matrimonium à nomine Mater ſuam denominationẽ ſumit.*

90 *Mater maiores ſubſtinet labores quam Pater.*

70 *Liberos educare, & procreare eſt præceptum Iuris naturalis primeui.*

71 *Naturalis ſtimulus parentes hortatur ad liberos locupletandos.*

72 *Pater iure ciuili cogitur ad alendos liberos pro modo ſuarum facultatum.*

73 *Pater de iure Canonico tenetur alere liberos etiam natos ex damnato coitu. Et in hoc corrigitur Ius Ciuile.*

74 *Exponitur Scoti ſententia reſpectu præcepti matrimonij.*

75 *Fornicarius vel alter concubitus extra matrimonium non ſufficit ad procreationem ſpeciei, eo modo, quo naturalis ratio ſuadet.*

76 *De matrimonio contrahendo eſt præceptum diuinum.*

77 *Deus vt naturæ Auctor præceptum poſuit de indiſſolubilitate coniugij.*

78 *Natura nos obligat ad matrimonium, prout nos obligat ad alimenta ſumenda.*

79 *Præceptum de matrimonio contrahendo ab exordio Humanæ naturæ obligat ſingulos.*

80 *Repudiatur Socratica Reſpublica ponens mulieres viris communes, & contra.*

81 *Communis Vxorum, & liberorum poſſeſſio neque locum habuiſſet in ſtatu naturæ integræ.*

82 *Ius paternum & Vxorium in ſtatu naturæ integræ viguiſſet.*

83 *Præceptum de matrimonio contrahendo multiplicatis hominibus ceſſauit.*

84 Con-

Digitized by Google

84 *Contraria ſententia eſt iuri communi magis conſona.*

85 *Præcepta naturalia non extinguuntur ceſſante neceſſitate naturæ ſed ſolum pro tunc non obligant.*

86 *Chriſtus non abrogauit præcepta naturalia, ſed tantum Ceremonialia.*

87 *Præceptum de matrimonio contrahendo quomodò hodie obliget explicatur.*

88 *Exigente naturæ neceſſitate, neque ipſi monachi à præcepto de matrimonio contrahendo exempti eſſent.*

89 *Princeps tenetur conſulere tranquillitati, & immunitati ſuorum ſubditorum*

90 *Coniugale præceptum nunquam reuocatum fuit, ſed ſuam vim retinet.*

91 *Obligatio de matrimonio contrahendo Reipublicæ ineſt.*

92 *Præceptum Coniugij non aduerſatur votum caſtitatis, & Virginitatis.*

93 *Cum naturali præcepto coniugij ſtare poteſt, vt vnuſquiſque ſingulatim caſtitatem voueat.*

94 *Cælibatus eſt ſtatus perfectior vxoratu, & dicere contrarium eſt hæreticum.*

95 *Hæreticum eſt dicere quod matrimonium non ſit bonum, & congreſſus coniugalis illicitus.*

96 *Armenorum error quoad propagationem humani generis recenſetur.*

97 *Primus Parens non niſi poſt peccatum obſcenum motum ſenſit.*

98 *Almarici Doctoris Pariſienſis error, quod propter peccatum humanæ propagationis forma mutata fuerit damnatur ab Innoc. III.*

99 *Manichæorum, aliorumque hæreticorum inſania circa coniugium reiciuntur.*

100 *Homines datis legibus propriæ ſpeciei conſeruationi, & propagationi inuigilare cæperunt.*

101 *Quinque Iura in matrimoniorum cauſis finiendis introducta reperiuntur.*

102 *Expri-*

102 *Exprimitur præceptum apud veteres hæbreos de ducenda Vxore.*

103 *Eſſenorum ſecta omnem fœminarum vſum eierabat.*

104 *Nemo eſt qui perpetuum apud poſteros nomen habere non deſideret.*

105 *Genus hominum per matrimonium fit immortale.*

106 *Ad Senectutem cælibes peruenientes apud Romanos pœna pecuniaria mulctabantur, quæ lex à Chriſtianis Imperatoribus poſtea abrogata fuit.*

107 *Apud omnes Gentes receptum habemus impuras cenſeri nuptias contractas inter perſonas certis gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis iunctas.*

108 *Romani, vt latius amicitias ſpargerent cognatas ſuas in vxorem non ducebant.*

109 *Iure Moſayco habemus leges diuinitus datas in matrimonijs contrahendis.*

110 *In gradu primo rectilineo nuptiæ in infinitum prohibitæ ſunt.*

111 *Filius eſt pars patris.*

112 *Natura aborret à coniunctione patris cum filia, vel matris cum filio.*

113 *Apud Perſas inceſta connubia in more eſſe, quidã aſſerũt.*

114 *Bruta perhorreſcunt congreſſum cum ſuis Genitoribus.*

115 *Chinenſes ab illis fœminis ducendis abſtinent, quæ cum ipſis eadem habent cognomina, quamuis ſanguine non coniuncti.*

116 *Romanorum legibus illicitæ declarabantur nuptiæ inter patrem, & filiam adoptiuam.*

117 *Exprimũtur concubitorum genera, quæ ex Dei interdicto Hebrei prohibita credebant.*

118 *Politia Moyſis ad nos non pertinet in præceptis iudicialibus, non vero in moralibus, & naturalibus.*

119 *In lege Euangelica nullus gradus circa matrimonium prohibitus reperitur, qui itidem naturali iure non ſit prohibitus.*

Digitized by Google

120 *Ius Ciuile certam formam Nuptijs præſcribit, Et in quibus Nuptijs locum habeat exprimitur.*

121 *Iura Ciuilia locum non habent in matrimonijs fidelium. Matrimonium fidelium habet eſſentialiter annexam rationem Sacramenti. Ibid. n. 121.*

122 *Ius Ciuile ex cauſa quantumuis honeſta, & rationabili nullum ius habet in matrimonium fidelium.*

123 *Matrimonium à Chriſto Domino fuit eleuatum ad eſse Sacramenti, & contrarium dicere eſt hæreticum.*

124 *Lutherani negant matrimonium eſſe Sacramentum, cuius erroris Authores fuerunt Armeni.*

125 *Quando matrimonium eleuatum fuerit ad eſſe Sacramenti eſt quæſtio inter DD. & ipſorum opinio recenſetur.*

106 *Ius Canonicum in matrimonijs fidelium attendi debet, cæteris alijs iuribus, & conſuetudinibus circumſcriptis.*

127 *Contractus matrimonij eleuatus ad eſſe Sacramenti deſijt à poteſtate Laicali, & tranſijt in eccleſiaſticam.*

128 *In materia Eccleſiaſtica, & ſpirituali in vtroque foro Ius Canonicum eſt ſeruandum.*

129 *In ſubſtantialibus matrimonij leges Eccleſiaſticæ attendi debent, in reliquis etiam Ius Ciuile locum habet, & quomodo.*

130 *Matrimonium natura ſua ad forum Eccleſiaſticum pertinet.*

131 *Reijcitur opinio Sanch. quod matrimonium ſit fori Eccleſiaſtici, quia à Papa Eccleſiæ reſeruatum.*

132 *Matrimonium non ideò ad Eccleſiam pertinet quia reſeruatum, ſed ideò ad Eccleſiam vti res ſacra pertinet.*

133 *Res ſacræ, & Eccleſiaſticæ natura ſua pertinent ad iuriſdictionem Eccleſiæ.*

134 *Implicat in terminis quod aliquid natura ſua ad Eccleſiam pertineat, & ſimul ſpectet ad forum laicale.*

135 *Explicatur quid intelligat Sanch. dum dicit poſſe ſæcularem Principem ex natura ſua poteſtatis ferre leges*

Digitized by Google

matrimonium fidelium impedientes, & dirimentes.

136 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere de validitate contractus matrimonÿ, quia eſt Sacramentum.*

137 *Quod matrimonium ſit contractus non ſufficit vt ſæcularis Princeps leges condere poſſit directè, vel indirectè matrimonÿ ſubſtantiam percutientes.*

138 *Materia quæ ſit Sacra extra laicalem iuris dictionem abiit.*

139 *Princeps ſæcularis leges ferre poteſt circa dotes, lucrum dotale, donationes, &c.*

141 *Vſus poteſtatis quem aliqui in ſæculari Principe conſiderant circa matrimonium, eſt ipſis interdictum & Eccleſiæ reſeruatum eſſe Catholici omnes fatentur.*

142 *Petri Soti ſententia reÿcitur.*

143 *Ioannis Præpoſiti ſententia reÿcitur, & errores quos includit aſſignantur.*

144 *Temporalis Reſpublica, ſpirituali, in ſpiritualibus eſt ſubdita.*

145 *Spiritualis poteſtas in his quæ ordinantur ad finem ſupernaturalem, laicalem poteſtatem moderatur.*

146 *Sæculari Principi fideli non eſt integrum aliquid diſponere circa fidelium matrimonia impedienda, & dirimenda:*

147 *Launoÿ errores recenſentur:*

148 *Matrimonÿ contractus hodie Naturæ limites excedit, & vti eleuatus ad eſſe Sacramenti non amplius ad ſæculares Iudices, & Principes eius diſpoſitio pertinet.*

149 *Explicatur Sanch. dicens ex vi reſeruationis Eccleſiæ nihil hodie poſſe ſæculares Principes in matrimonium.*

150 *Petri Soto ſententia vti ab omni ratione, & veritate Catholica aliena reÿcitur.*

151 *Matrimonÿ Sacramentum Iuri Eccleſiæ reſeruatum eſſe Sacra Concilia, & Romani Pontifices declararunt.*

152 *Rabardei doctrina reÿcitur reſpectu poteſtatis, quam aſſerit in principibus Laicis circa facultatem ferendis leges*

ges

ges ſuorum ſubditorum matrimonia dirimentes .

153 *Sacr. Congregat. Inquiſitionis Rabardei doctrinam damnauit , & ſuper eius Librum nigrum Theta impoſuit .*

154 *Launoÿ Aſſertiones impugnantur auctoritate DD. cr- bonæ .*

155 *Matrimonÿ contractus eſt Sacramentum .*

156 *Chriſtus quare nuptias ſua præſentia cohoneſtauerit exprimitur .*

157 *Reſeruatio Eccleſiæ in matrimonÿs fidelium eſt innixa exemptioni , quæ rebus ſacris competit de ſui natura .*

158 *Diſponere de rebus profanis Imperatori eſt datum .*

159 *Poteſtas laicalis quoad aſſecutionem finis ſupernaturalis pendet ab Eccleſiaſtica .*

160 *Papa tenet Apicem vtriuſque poteſtatis , ſpiritualis ſcilicet , & ſæcularis .*

161 *Apud Eccleſiam eſt poteſtas vtriuſque gladÿ .*

162 *Recenſentur Auctoritates quibus Romani Pontificis ſuprema poteſtas probata remanet .*

163 *Papa in Ius poſitiuum omnimodam poteſtatem habet .*

164 *Leges Ciuiles ſunt Eccleſiaſticis ſubordinatæ , & ab iſtis corriguntur .*

165 *Ciuilium magiſtratuum leges matrimonÿ ſubſtantialia reſpicientes , ab Eccleſia reprobatæ , & correctæ nullam vim legis habent .*

166 *Abrogata eſt per Eccleſiam lex Cæſarea infamiam irrogans Viduis nubentibus intra Annum luctus .*

167 *Leges Honorÿ , & Iuſtin. Imp. de matrimonÿs inter Conſobrinos vti ab Eccleſia abrogatæ nullius ſunt roboris .*

168 *Ciuiles leges de fidelium matrimonio loquentes , etiam ab Eccleſia non reprobatæ nullius ſunt roboris .*

169 *Recenſentur DD. dantes facultatem Laico Principi ferendi leges matrimonium dirimentes .*

170 *Qui bene diſtinguit proximus eſt veritati .*

171 Re-

Digitized by Google

171 *Referuntur argumenta quibus illorum innititur ſententia qui aſſerunt matrimonij contractum, uti cæteros contractus pendere à poteſtate Ciuili.*

172 *Matrimonij contractus eleuatus ad eſſe Sacramenti illico tranſijt in poteſtatem Eccleſiæ.*

173 *Per Clericalem militiam homo ſegregatur à foro ciuili.*

174 *Aedes Prædia Vaſa, & veſtes ad ſacrum miniſterium oblata & ſacra facta exempta remanent à poteſtate & iuriſdictione Ciuili.*

175 *Matrimonium fidelium & ſi contractus Ciuilis, quia tamen rationem ſacramenti adnexam habet, ad Eccleſiaſticam iuriſdictionem pertinet.*

176 *Ciuiles leges, & ſæculares Principes nihil ſtatuere poſſunt circa ſubſtantialia matrimonij, vel eius libertatem minuentia.*

177 *Apud Chriſtianos in matrimonio eſt inſeparabilis ratio contractus, à ratione Sacramenti.*

178 *Matrimonium ad illum forum pertinet cuius eſt cognoſcere de Sacramentis.*

179 *Cauſa matrimonij eſt Eccleſiaſtica.*

180 *Hæretici cauſas matrimoniales coram Iudicibus Eccleſiaſticis pertractandas eſſe non negant, & quomodo.*

181 *In matrimonio diſtinguenda ſunt, quæ ei intrinſecè pertinent ab his quæ ei ſunt extrinſeca.*

182 *Quæ ſint matrimonio intrinſeca, & quæ extrinſeca, declaratur.*

183 *Sæcularis Princeps neque directè neque indirectè matrimonij libertatem impedire poteſt, ſtatuendo impedimenta nedum dirimentia, ſed ſimpliciter etiam impedientia.*

184 *Laicalis, & ciuilis poteſtas defectu iuriſdictionis non extenditur ad res ſacras, conſequenter neque ad legitimum matrimonij contractum inter fideles.*

185 *Inter Chriſtianos non datur verum matrimonium quin ſimul ſit verum Sacramentum.*

Digitized by Google

186 *Solius Eccleſiæ eſt de Sacramentis agere.*
Principibus Laicis, qui ſacris ſe immiſcere voluerunt peſſimè ſemper ceſſit.

187 *Materia Sacramenti matrimonij Christi inſtitutione ſacra facta, tranſijt in poteſtatem Eccleſiæ.*

188 *Homo, & bona ſacra facta, vel Deo dicata eximuntur à iuriſdictione laicali.*

189 *Sæcularis Princeps nihil conſtituere poteſt circa acceſſoria matrimonij, ſi per ipſa impediatur principale.*

190 *In Fidelium matrimonijs ratio legitimi contractus conſiderari non poteſt diſtincta à ratione Sacramenti, & quare.*

191 *Implicat in terminis quod aliquid ſit res ſacra, & ſæculari poteſtati ſubordinata.*

192 *Lutherani negant matrimonium Sacramentum eſſe.*

193 *Armenorum error fuit quod matrimonium non ſit Sacramentum.*

194 *Aſſerere quod iuris Ciuilis ſit conſtituere impedimenta matrimonium dirimenta, eſt negare quod matrimonium ſit ſacramentum.*

195 *Matrimonij contractus ad illum forum pertinet, ad quem ſpectat cognoſcere de Sacramentis.*

196 *Dicens cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos eſt Anathema.*

197 *Cauſæ matrimoniales ad ſolos Epiſcopos, non ad alios Prælatos inferiores pertinent.*

198 *De ſtylo Curiæ Romanæ ſolis Epiſcopis committuntur cauſæ matrimoniales.*

199 *Quæſtiones reſpicientes ſubſtantialia matrimonij pertinent priuatiuè ad forum Eccleſiaſticum.*

200 *Referuntur hinc inde opiniones. An Iudex ſæcularis cognoſcere poſſit de cauſa ſpirituali vbi agitur de mero facto.*

201 *Quæſtiones omnes de impedimentis matrimonij ſunt quæſtiones iuris.*

Item

Digitized by Google

Item quæſtio de validitate, vel inualiditate. ibid. n.221.
Item an matrimonium fuerit legitimè contractum. ibid. num. 221.

202 *Omnis quæſtio de matrimonio contrahendo, vel diſtrahendo pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum:*

203 *Quæſtio facti de re ſpirituali non eſt mere profana.*

204 *Quæſtio an quis ſit Clericus eſt definienda à Iudice Eccleſiaſtico:*

205 *De poſſeſſorio matrimonii ſolus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit.*
Theſ. deciſ. 117. reprehenditur, & eius doctrina reiicitur. ibidem num. 205.

206 *Cauſa matrimonialis poſſeſſoria admixtum habet titulum ſpiritualitatis.*

207 *Laici Iudices etiam ſummariè cognoſcere non poſſunt de cauſa matrimonÿ, ſeu natalium.*

208 *Hæretici cauſas matrimoniales ſimul ad Iudices laicos & Eccleſiaſticos pertinere affirmant.*

209 *Multa de facto fiunt, quæ in iure non ſubſiſtunt.*

210 *Iuriſdictionis defectu omnia redduntur nulla.*

211 *Ciuiles leges matrimonii ſubſtantiam reſpicientes tunc ſolum vim habent ſi in ſpecie ab Eccleſia approbatæ reperiantur.*

212 *Ciuiles leges loquentes de contractu matrimonii ceſſant in matrimonio fidelium.*

213 *Matrimonium infidelium, vt pote non excedens rationem ſimplicis contractus ſubiacet poteſtati ciuili.*

214 *In matrimonio fidelium non cadit diſtinctio contractus, & Sacramenti.*

215 *Cauſæ matrimoniales indiſtinctè pertinent ad forum Eccleſiæ. ibid. num. 234.*

216 *Ciuiles ordinationes in ſubſtantialibus matrimonii ſunt nullæ defectu iuriſdictionis.*

217 *Eſt communis omnium ſententia irritas eſſe leges Ciuiles matrimonium impedientes, & dirimentes.*

218 *Corri-*

218 *Corrigendus Gobat. putans Trid. reſeruaſſe Eccleſiæ Ius cognoſcendi de cauſis matrimonialibus.*

219 *Epiſcopi non habent poteſtatem inſtituendi leges matrimonium impedientes, & dirimentes.*

220 *Prohibitio legis humanæ non ſufficit ad impedimentum matrimonij, niſi interueniat auctoritas Eccleſiæ quæ id ipſum interdicat:*

221 *Matrimonium regitur iure Poli, non iure Fori.*

222 *Cognatio legalis matrimonium impedit, & dirimit, quia ita ab Eccleſia ſtatutum eſt.*

223 *Matrimonij impedimentum Eccleſiaſtica auctoritate inducitur.*

224 *Solus Papa ſtatuere poteſt circa matrimonia contrahenda, vel prohibenda.*

225 *Validum eſt matrimonium inter Tutorem, & pupillam quicquid aliter Iure Ciuili ſancitum ſit.*

226 *Contra Launoium offeruntur DD. Galli, & opinio Theologorum Sorbonæ. Signanter Gamachei.*

227 *Leges Ciuiles de matrimonij impedimentis loquentes nullum robur habent, niſi idem Eccleſiaſtica lege ſtatutum ſit.*

228 *Ciuilis lex irrogans infamiam Viduis nubentibus intra annum luctus eſt correcta à Iure Canonico.*

229 *Leges Ciuiles permittentes matrimonium inter Conſobrinos à Iure Canonico reijciuntur.*

230 *Iure Canonico correctè ſunt leges Ciuiles, parentum conſenſum exigentes ad validitatem matrimonij filiorum.*

231 *Iure Canonico etiam inter ſeruos, & ancillas datur matrimonium, quicquid aliter iure Ciuili ſancitum reperiatur.*

232 *In computatione graduum conſanguinitatis, & affinitatis pro matrimonijs contrahendis attenditur Ius Canonicum.*

233 *De Iure Canonico ex quocunq; coitu affinitas contrahitur.*

234 *Iure*

234 *Iure Canonico inter affines etiam tranſuerſales matrimonium eſt prohibitum intra quartum gradum ſi affinitas proueniat ex copula licita, ſi ex illicita vſque ad ſecundum.*

235 *Sola Eccleſia leges inſtituere poteſt inducentes impedimenta fidelium matrimonium dirimentia.*

236 *Ex ipſa inſtitutione Sacramenti matrimonij, ſublata fuit laicis Principibus poteſtas condendi leges matrimonium impedientes.*

237 *Ante declarationem Trid. matrimonia clandeſtina erant vera matrimonia.*

238 *Matrimonium non dicitur irritum, niſi Eccleſia ipſum irritum faciat.*

239 *Laici poteſtatem non habent iuris dicendi in cauſis matrimonialibus.*

240 *Forum ſortiri, & legibus ligari à pari procedunt.*

241 *Laici etiam matrimonium irritum, ſua ſententia irritum facere nequeunt.*

242 *Poteſtas aliquid ſtatuendi pendet à Iuriſdictione.*

243 *In quocunque actu iuſta poteſtas exigitur.*

244 *Quælibet cauſa quantumuis rationabilis non ſufficit ad iuriſdictionem tribuendam.*

245 *Lex non cauſa rationabilis iuſdicenti poteſtatem tribuit.*

246 *Defectus poteſtatis ſemper nullitatem producit.*

247 *Diuino, & Humano Iuri repugnat, quod Princeps Laicus ius habeat in rebus ſacris.*

248 *Reiicitur argumentum tranquillitatis Reipublicæ, cui innititur Sanch. poteſtatem tribuens ſæculari Principi in matrimonium.*

249 *Iuriſdictiones à Deo diſtinctæ fuerunt adeout temporalia per laicalem, ſpiritualia per Eccleſiaſticam poteſtatem ordinentur.*

150 *D. Thomas habet doctrinam oppoſitam Aſſertionibus Launoii eſt oſtenditur quam male ab ipſo interpretetur.*

Digitized by Google

251 *Lex naturalis eſt ominibus Gentibus communis.*

252 *Lex Diuina poſitiua fidelium duntaxat matrimonium reſpicit.*

253 *Lex Ciuilis ſolos infideles ad matrimonium contrahendum inhabilitare poteſt.*

254 *Explicatur Text. in cap. Gaudemus. de Diuort.*

255 *Lex Ciuilis non poteſt quemquam efficere illegitimum ad matrimonium contrahendum, ſine Eccleſiæ auctoritate.*

256 *Sacramenti matrimonij diſpoſitio non licet, quod ad ſæculares Princeps pertineat.*

257 *Explicatur intentio DD. quos poſt Sanch. refert Launoius.*

258 *Eſt improbabilis in fidelium matrimonio diſtinctio legitimi contractus, à Sacramento.*

259 *Res quantumuis profanæ ſi efficiantur Sacræ illicò in Eccleſiæ poteſtatem tranſeunt.*

260 *Chriſtus Cauſam Diuortij, & Repudij ſibi reſeruauit, & ſoluit.*

261 *D. Paulus probat Eccleſiæ auctoritatem in matrimonio diuina inſtitutione procedere.*

262 *Matrimonium Sacramentum eſſe, eſt aſſertio Catholica, & contrarium dicere eſt hæreticum.*

De Sacramentis agere ad ſolam Eccleſiam pertinet, & dicere contrarium eſt hæreſis. ibid. num. 262.

263 *Et hærodoxi matrimonium Sacramentum eſſe negant.*

264 Petrus Soto, *&* Rabardeus *cum ſuis aſſertionibus reijciuntur.*

265 *Doctores à* Launoio *relati, uno ore fatentur non eſſe integrum Laicæ poteſtati aliquid ſancire in matrimonio fidelium.*

266 *Sæcularis Princeps circa ſubſtantialia matrimonij aliquid diſponere non poteſt, & eius ſtatuta nullius sūt momenti.*

267 *Vbi agitur de matrimonio fidelium leges duntaxat Eccleſiæ attendi debent.*

298 *Explicantur quot ſint ſpecies impedimentorum matrimonium*

Digitized by Google

nium impedientium, ſed non dirimentium.
269 *Declarantur quæ ſint impedimenta impedientia; & dirimentia.*
270 *Matrimonium contractum cum impedimento dirimente eſt ipſo iure irritum.*
271 *An leges Eccleſiæ de impedimentis matrimonij hæreticos obligent remiſſiue ad* Gobat.
272 *Ciuiles leges, & ſæculares Principes nihil diſponere poſſunt quo libertas matrimonij impedita remaneat.*
273 *Iure Naturæ matrimonium eſt liberum.*
274 *Iure Ciuili liberrimus conſenſus in matrimonio requiritur.*
275 *Mulier ſui iuris de nuptiis ſuo arbitrio conſtituit.*
276 *Patris conſenſus etiam iure Ciuili inſpecto non ſemper in nuptiis filii eſt neceſſarius.*
277 *Iure Ciuili matrimonia à pæna ſunt libera.*
278 *Libera nubendi facultas quorumdam regionum legibus, & moribus coarctata exponitur.*
279 *Non Iure, ſed iniuria Reges in matrimonii ſubſtantialia leges inſtituunt.*
280 *Chriſtus Eccleſiæ poteſtatem dedit ſibi reſeruandi cognitionem cauſarum Matrimonialium.*
281 *In quibus rebus circa matrimonia iure proprio ſæculares Princepes ſtatuere poſſint declaratur.*
282 S. Trid Concil *ſæcularibus Principibus ſub Anathemate interdicit, directè, vel indirectè matrimonii libertatem impedire.*
383 *Sæcularis Princeps impedimentum dirimens de facto conſtituens mortaliter peccat, & matrimonium cum tali impedimento contractum nihilominus eſt validum.*
284 *Principes Imperii Romano Germanici in coniugiis celebrandis plena libertate gaudent.*
285 *Politicæ magnatum coniunctiones potius ſecundum rationem ſtatus quam ſecundum Eccleſiæ rationem infauſtæ ſæpe comperiuntur.*

286 *Statuta laicalia, Pragmatica & conſuetudines directè, vel indirectè matrimonii libertatem impedientes nullam vim legis habent.*

287 *Reiicitur interpretatio Rabardei ad Canonem 12. ſeſſ. 24. S. Trid. Concil.*

288 *Nullum eſt ſtatutum, quo cauetur ne filius, vel filia contrahere poſſit ſine conſenſu Patris, alias ab hæreditate cadat.*

289 *Leges & ſtatuta libertatem Eccleſiaſticam infringentes nullius ſunt roboris.*

290 *Iure Canonico abrogatæ remanent omnes pœnæ impoſitæ filiis ſine parentum conſenſu nubentibus.*

291 *Eccleſia ſemper deteſtata eſt matrimonia à filiis celebrata ſine parentum conſenſu:*
Parentum conſenſus in matrimonii filiorum requiritur de honeſtate, non ex neceſſitate. ibidem num. 309.

292 *Liberum eſt fidelium liberis vtriuſque ſexus poſt annum pubertatis nullius expectato conſenſu matrimonium contrahere:*

293 *Matrimonii libertas cuiuſque pœnæ metu reprimi non poteſt.*

294 *Improbæ, & ab Eccleſia reiectæ ſunt leges pænam aliquam imponentes filiis familias ſine Parentum conſenſu nubentibus.*

295 *Leges Galliæ exigentes conſenſum Parentum in matriniis filiorum vti contrariæ iuri Canonico; reiiciuntur.*

296 *Iure Ciuili non eſt neceſſarius Patris conſenſus ad validitatem matrimonii à filio contrahendi.*

297 *In Gallia Edicto Regis, matrimonium contractum abſque Parentum conſenſu, nunquam ſub pæna nullitatis prohibitum fuit.*

298 *Reipublicæ tranquillitati aduerſantur matrimonia renuentibus parentibus inita.*

299 *Explicantur verba textus in cap. aliter 30. quæſt. 5.*

300 *Explicatur Decretum Concil Aurelian. IV. cap. 24.*

Digitized by Google

301 *Matrimonia à filiis inuitis parentibus inita ſunt prohi. bita, ſed non irrita.*

302 *Iura exigentia parentum conſenſum in matrimonijs filiorum loquntur de honeſtate non de neceſſitate.*

303 *In his quæ ſunt iuris naturalis homo homini obedire non tenetur.*

304 *Subditi quoad matrimonium contrahendum Principibus non ſubijciuntur.*

305 *Affirmantes matrimonia à filijs familias ſine parentum conſenſu contracta irrita eſſe. S. Trid. Concil. Anathemate plectit.*

306 *Rijcitur vti impia interpretatio Rabardei de decreto Trid. in cap. 1. de Reform. ſeſſ. 24.*

307 *Eccleſiaſtica decreta circam nullitatem, aut validitatem alicuius Sacramenti ad doctrinam & veritatem pertinent, non ad mores.*

308 *Obligatio decreti Eccleſiæ in his, quæ ad doctrinam, & veritatem pertinent non pendet ab acceptatione Populi. Vt Caluinus blasfemat.*

309 *Filius aut Filia inuitis parentibus nubens exhereadri non poteſt, vel altera pæna puniri.*

310 *Sæculares Principes directè, vel indirectè matrimonij libertatem impedientes Anathematis pæna plectuntur à Trid. Concil.*

311 *Iudex Eccleſiaſticus Laico Iudici inhibere tenetur, ne à contrahentibus matrimonium contra leges ciuiles pænam exigat.*

312 *Filij nubentes parentibus inuitis mortaliter peccant.*

313 *Nullum eſt ſtatutum priuans hæreditate mulierem extra territorium nubentem.*

314 *Pænę impoſitę, per ſtatutum laicale nubentibus in certis gradibus ab Eccleſia prohibitis ceſſant, ſi matrimonium contractum ſit cum diſpenſatione Papæ.*

315 *Pæna locum non habet, vbi non conſtat de culpa*

316 *Laici Iudices pænas imponere poſſunt contra non obſer-*

 uan-

Digitized by Google

uantes dies feſtos, à qua tamen exempti remanent qui laborant cum licentia ſuperioris Eccleſiaſtici.

317 *Laici Principes imponere non poſſunt impedimentum dirimens, ne Raptores inter ſe contrahant.*

418 *Raptus à primis Eccleſiæ temporibus ſolum fuit impedimentum dirimens, quandiu raptæ conſenſus defuit.*

318 *Inter Raptores. S. Trid. Concil. motrimonium irritum eſſe declarat quamdiù rapta fuerit in poteſtate raptoris, ſecus ſi ab eo ſeparata ei nubere velit.*

320 *Non poſſunt laici Principes leges ferre ſtatuentes ſuorum conſanguineorum matrimonia ſine illorum conſenſu contracta eſſe irrita.*

321 *Conſuetudo Galliæ non permittens Principibus ſanguinis abſque aſſenſu Regis matrimonia inire ab Eccleſia approbata dicitur à Salerno.*

Approbationem Eccleſiæ non dari in præfata conſuetudine dicit Diana. ibid. 321.

322 *Conſuetudo introducta ſine ſpeciali & indiuidua ſcientia Papæ vim nullam habet ad matrimonium dirimendum.*

323 *Vt conſuetudo vim habeat ad matrimonium impediendum & dirimendum non ſufficit conſenſus Papæ permittentis, ſed exigitur approbantis.*

324 *Conſuetudo immemorabilis vbi agitur de re præiudiciali libertati Eccleſiæ non attenditur, & vti corruptela eſt extirpanda.*

325 *Ex ſcientia, & patientia Papæ in his quæ ſunt Eccleſiæ præiudicialia nullus conſenſus approbans induci poteſt.*

326 *Vbi agitur de præiudicialibus Eccleſiæ non ſufficit Papæ tacitus conſenſus, ſed expreſſus requiritur.*

327 *Conſtitutiones Apoſtolicæ emanatæ ad tollenda præiudicialia Eccleſiæ omnes confeſtim ligant:*

328 *Eſt Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatum inducere impedimenta matrimonium dirimentia.*

329 *Quicquid poteſt Papa in vniuerſa Eccleſia poteſt Epiſcopus in ſuà Diœceſi, exceptis Papæ reſeruatis, nec non*

ijs,

Digitized by Google

ijs, quæ pertinent ad ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ.

330 *Solus Papa res fidei definire poteſt.*

231 *Epiſcopi ſtante reſeruatione Papæ non poſſunt inſtituere impedimenta matrimonium dirimentia.*

332 *Eſt aſſertio Catholica quod in Eccleſia ſit poteſtas conſtituendi impedimenta matrimonij.*

333 *Præter impedimenta iure Naturæ matrimonium dirimentia alia ab Eccleſia conſtituta habentur.*

234 *Apud Orthodoxos etiam ſupremos Principes non datur matrimonium legitimum, vbi adeſt aliquod impedimentum dirimens, niſi Papæ diſpenſatio præcedat.*

335 *Solus Papa diſpenſat in impedimentis dirimentibus.*

336 *Referuntur quædam Coniugia à Regibus cum impedimento dirimente de facto contracta, Eccleſiaſtica auctoritate diſſoluta.*

337 *Multa referuntur Sacra Cconcilia, quibus proba tur ius Eccleſiæ inferendis legibus Matrimonium reſpicientibus.*

338 *Iuriſconſulti Florentini error de compretatione graduum conſaguinitatis oſtenditur.*

339 *Recenſentur Romæ celebrata Concilia aduerſus inceſtuoſas nuptias.*

340 *Inceſtuoſæ Nuptiæ à Deo acriter puniuntur.*

341 *Imperator, & Reges Eccleſiæ Sanctiones in matrimonijs contrahendis obſeruant.*

342 *Sæculares Principes, & ipſe Imperator, vt matrimonium in gradu ab Eccleſia prohibito contrahere poſſit ad Papam pro diſpenſatione ſupplicationem porrigunt:*

343 *Plura referuntur hiſtorica exempla diſpenſationum ad ſuplicationem Imperatoribus, Regibus alijſque Principibus, pro matrimonio contrahendo, à ſede Apoſtolica conceſſarum.*

344 *Principes ſæculares, ſiue fideles, ſiue infideles ſuis ſubditis infidelibus leges indicere poſſunt matrimonium impedientes, & dirimentes.*

345 *Matrimonium infidelium non excedit fines ſimplicis contractus*

tractus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Digitized by Google

tractus conſequentereſt Ciuili poteſtati ſubordinatum.

346 *Reſpublica hæbreorum quia non eſt libera, & Principem non habet matrimonij impedimenta ſtatuere non poteſt.*
Impedimenta matrimonij ſtatuta in Lege Moſayca Leuitic. 18. *expirarunt in Chriſti paſsione. Ibid. n.* 346.

347 *Fideles Ethnicis Principibus ſubditis non adſtringuntur impedimentis matrimonium dirimentibus, iuxta eorum conſtitutiones.*

1 Matrimonium, vnde humani Imperij conſtituendi materies oritur, quod *Cicer. Offic.* 1. *Seminarium Reipublicæ vocat. Iuſtin.*
2 *Nouell.* 22. *Humano generi immortalitatem artificiosè introducere*, affirmat. *Nouell.* 39.
3 *in fin. proœm. de nupt.* inquit; *Nuptijs nihil eſt hominibus vtilius tanquam ſolis facere homines valentibus.* Et *Nouell.* 140. Ait:
4 *Nihil in rebus mortalium perinde venerandum eſt atque matrimonium, quippe ex quo liberi, omniſque deinceps ſobolis ſeries exiſtat, quod regiones, atque ciuitates frequentes reddat, inde denique optimæ reipublicæ coagmentatio fiat.* Quæ tamen verba, eruditè *Cuiacius* Iuſtino ſecundo adſcribit. Quibus ac-
5 cedunt, quæ de matrimonij laudibus *Nouell.* 111. ſcribit *Leo Imperator*, dicens. *Nihil adeo ad conſeruandum genus, humanum eſſe neceſſarium, atque, quod coſta viro attributum eſt ſubſidium, cum Artifex ille, qui iſtud condidit, tum ipſa Natura documento atteſtatur.*

6 Et quæ habentur ex *D. Ambroſio lib.* 1. *ſuper Luc. ibi. Diuinum munus eſt fæcunditas parientis. Agant itaque parentes gratias, quia generarunt. Filij quia generati ſunt; Matres quia coniugij præmijs honorantur. Vernet in Dei laudem Terra, quia colitur, Mundus, quia cognoſcitur Eccleſia, quia deuotæ numero plebis augetur.*
7 Nec non in *cap. Nuptiæ* 33. *qu.* 1. ibi: *Nuptiæ Terram replent, Virginitas Paradiſum.*

Matrimonium inquam, Humani generis propagationi ita eſt
8 neceſſarium, vt coniugalem ſocietatem omnium primam Ethnici ipſi agnouerint. Ipſam mundi elementum, ac Humani generis ſeminarium vocet *Ariſtotel. Oeconom. lib.* 2. *cap.* 1. *& lib.* 1. *cap.* 3.

Digitized by Google

9 *cap.3. Quod in Geneſi 1. ſacra etiam literæ edocent.* Vti enim vin-
culum non iure Gentium, vel Ciuili poſitum, ſed Natura Ma-
giſtra, eiuſque parente Deo præcipiente inſtitutum fuit. Quam-
10 obrem cum ſine coniugio, & ſobole, hominum Societas ſubſi-
ſtere non poſſet, prout expeditè deducitur ex finibus coniugij,
quorum licet plures proponat *Montecatin. 2. Polit. capit. 2. in*
11 *prin. ſchol.* ad quatuor tamen capita reducuntur, pro creatio-
nem ſcilicet ſobolis, mutuum adiutorium, remedium libidinis,
& quod ſit Eccleſiæ Sacramentum; vt omnium Orthodoxorum
Scriptorum ore teſtatur *Bellarm. lib.4.de ſacram.matrim. cap.*20.
12 Præcipuus verò, atque primus ipſorum eſt ſobolis procreatio,
quæ ſub ſe continet, tam conſeruationem Reipublicæ, quàm
conſeruationem Eccleſiæ, & cuiuſuis priuatæ perſonæ, quæ in
13 prole ſubinde renaſcitur, & primæ cauſæ immortalitatem aſſe-
quitur *l. liberorum* 220. §. *fin. de verbor. ſignif.* Et à priuata vti-
litate diſcedentes, quæ ex iocundo liberorum intuitu, nec non
ſtirpis ab interitu vindicatione capitur, publicam cum *Auguſto*
ante oculos ponere poſſumus ex *Oratione Cenſoria* apud *Dion.*
14 *lib. 56.* Nam vt ait *Iuſtin. in l. lege 12. tab. 14. C. de legit. hæ-
red. §. rurſus,* ſine generatione, quæ genus humanum quaſi im-
mortale facit, Reſpublica ſubſiſtere non poteſt, nec Eccleſia *l.1.
ff. ſolut. matrim. l. 2. C. de ind. vid. toll.* In ſolo etenim legitimo
15 coniugio, naturali libidini honeſtè ſatisfacere poſſumus, & Ci-
uitatis, atque humanæ Reipublicæ amplitudinem conſeruare.
16 Hinc *Auguſtus* negabat ſe videre, qua ratione Reſpublica ſine
Nuptijs ſtare, & conſeruari poſſet, niſi vt ipſe ait: *fortè expectent,
quod eſt in fabulis vt ex terra aliqui exoriantur qui Rempublicam ex-
cipiant & tractent.*

Hinc, & *Procopius lib 2. bell. Goth.* Romanam Rempublicam
17 inde peſſum iuiſſe ſcribit, quod cum homines procreationi li-
berorum negligentius ſe dederent, infrequentiores factæ Ciui-
tates incurſioni Barbarorum obſiſtere non potuerint. Pergitque
18 Auguſtus. *Hortari itaque ſe vt inſanire deſinant, & ſecum repu-
tent, Vrbem nullo modo ſaluam eſſe poſſe, niſi in locum eorum, qui
morbis, & bellis abſumantur, alij ſubſtituantur.* Imò longius pro-
uehitur. *Sacrilegos homicidas impietatis, & proditionis reos faciens
omnes eos, qui Aras Deorum, & Sacra familiarum ſua iniuria in ni-
hilum recidere ſinant, qui quaſi in herba ſuffocent, quos de ſe gignere
potuiſſent, qui Maiorum nomina dedita opera deleant, & patriam Ci-
uibus vacuam exponant ludibrio hoſtium.* Et ait *Mauſon.* apud
19 *Stob. Serm. 65. Quiſquis homines nuptijs priuat, is abolet familiam*
Ciui-

Digitized by Google

Ciuitatem, & totum genus humanum, quod abſque generatione non poteſt permanere. Vnde Naturæ Auctor ab ipſius primordijs in primorum parentum cordibus digito Omnipotentiæ ſuæ inſcri-
20 pſit, atque inſitum in ipſa Natura reliquit animantia non niſi per generationem ſuas ſpecies propagare, & conſeruare poſſe. Poſtquam enim morti obnoxium genus humanum redditum fuit, ne aut noua ſemper ſtirps per creationem eſſet ſufficienda,
21 aut vnius ætatis ſpatio humanæ ſpeciei duratio extingueretur; Sapientiſſimus Naturæ Parens, & Conditor, diſcrimine ſexus, & naturali facultate indita per corporum commixtionem eiuſdem propagationi proſpexit. Idque ne forſan per iniuriam, aut ob partus moleſtias, vel educationis curas mortales omitterent, mutuam ſexuum in ſe inuicem propenſionem, acreſque ſtimulos ſimul ardentiſſimum in prolem affectum inſeruit, vt iocunde obirent citra, quod mortalium genus perdurare non poterat teſte *Senec. Prouidit ille maximus mundi Parens, cum tam rapaces cerneret fati manus, vt damna ſemper ſobole repararet noua.*
22 Hinc & in gratiam procreandæ ſobolis in terreſtri Paradiſo Coniugium Deus inſtituit, quod ante peccatum fuit in officium vt eſſet immaculatus torus, & honorabiles nuptiæ: ex quibus
23 ſine ardore conciperent, ſine dolore parerent, Poſt peccatum vero illico in remedium prodeſſe cæpit ad illicitos motus eliminandos, vt infirmitas prona in ruinam turpitudinis honeſtate exciperetur coniugij prout colligitur ex not. *cap. ſicut* §. 2. 32.
24 *qu.* 12. & ibi *gloſſ. in verbo ſine ardore*, atque ideo Matrimonialia Coniugia natura ipſa ſuadente celebrari cæperunt, & vti hominibus naturalia apud omnes Gentes pereque cuſtodita reperiuntur teſtante *Ariſtot.* 8. *Ethic.* Hominem magis naturaliter eſ-
25 ſe animal coniugale quam politicum, nam inter animalia, quibus omnibus coitio maris, & feminæ eſt generaliter naturalis, quia affectus inſtinctuſque Naturæ in rebus caducis, & corrup-
26 tioni obnoxijs, eſt per generationem ſuam ſpeciem propagare; hoc rationalibus nimirum hominibus eſt peculiare, & ſuapte natura inditum, vt ad illud officium deſtinati mas, & fæmina nodo indiſſolubili coniungantur prout euidenter conſtat ex verbis quibus vtuntur DD. in explicanda matrimonij eſſentia vno
28 ore aſſerentes matrimonium eſſe viri, & mulieris coniunctionem indiuiduam vitæ conſuetudinem continens cum communicatione diuini, & humani Iuris vt patet 27. *qu.* 2. *per tot. cap. Illud de præſumpt. l.* 1. *ff. de ritu nupt.*

Ex quibus verbis aperte colligitur non ſolum matrimonij ne-

29 xum

29 xum indiſſolubilem eſſe, ſed in pari ſexu matrimonium non da-
30 ri, quamuis Nero Sceleſtiſſimus Imperator Sparum quendam adoleſcentem ſibi matrimonio coniunxerit contra prohibitionem Naturalis, & Ciuilis Iuris *l. cum Vir C. de adult. & tot. tit. Inſt. de iur. Nat. Gent. & Ciuil.* Matrimonialemque nexum
31 hominibus naturalem eſſe in dubiū euocari non poteſt. At non ita naturale matrimonium accipiendum, vt ex principijs Naturæ quadam neceſſitate proueniat, quomodo naturale dicitur igni moueri ſurſum, & graui deorſum; Sed ita naturale agno-
32 ſcas, quia ad matrimonium Natura inclinat, & inſtigat, tametſi per liberum arbitrium compleatur, quemadmodum cibum ſumere, & virtutum officia exercere, vt docet *D. Thom. 4. d. 26. qu. 1. art. 1. Sot. in 4. diſt. 8. qu. 1. art. 1. & vno Theol. ore* concludit *Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 2.* Vnde fit, quod diſtinguitur contra ius humanum, & gentium, cum non ſit quodam inuentuum ex hominum condicto, vti tributorum leges, & aliæ Ciuiles, neque vti dominiorum diuiſio, ſed res inſtinctu naturæ profecta à qua tamen naturæ inclinatione, & inſtinctu liberum eſt homini quandoque diſcedere quemadmodum à ſumptione cibi, qui licet ſit homini naturalis, licitum nihilominus eſt aliquando homini etiam contra apetitum naturalem à cibo abſtinere. Quoniam verò vt ſapienter docuit *Ariſt. 2. Phyſic.* prima cauſarum ex qua naturæ opera perpenduntur eſt finis, Deus
33 enim & Natura nihil agunt fruſtra, & quid quid agunt ad certum finem referunt, vt enim aduertit *Democritus* molares dentes
34 obtuſi non ſunt, anteriores acuti, & planta pedum plana ratione materiæ, ſed ratione finis: quia nimirum ita aptè manduca-
35 tioni, & ambulationi congruebat. Ex concubitu maris, & fæminæ, Natura inter homines non ſolum intendit prolem, ſed & eius educationem, quamobrem eodem loco docet *Philoſoph.* fi-
36 lios à parentibus tria ſuſcipere beneficia, eſſe, ali, & educari, qui naturæ finis, & intentio cum aliter haberi non poſſet quàm ſi vir, & vxor indiſſolubili nexu copulati vicarias operas ad proles nutriendas, & educandas ſibi præſtarent, quia ſi libera
37 eſſet coniunctio, & vagus concubitus ex prolis incertitudine amor in filios, & educationis cura tepeſceret. Vnde *D. Thom. 3. cont. gent. c. 12.* rationem colligit ex qua probat fornicarium
38 concubitum vti contrarium debitæ propagationi naturæ Humanæ, & contra ius ipſius, eſſe Letale. Satis autem conſtare pu-
39 to naturali iuri illas libidines non congruere, quæ præter obſcenam titillationem alterum finem non habent. Quò acriores

enim ſunt ſtimuli, quibus in Venerem homines ſollicitantur eo
magis legi naturali curæ eſt, vt ne per iſtos decorus ordo paci-
ficæ ſocietati neceſſarius turbetur, quin potius ijdem ad combi-
nandos hominum animos inſeruiant. Inde damnatur flagitio-
ſa illa fœditas, qua quidam in brutorum corpora, aut parem in
ſexum feruntur, quod arduum videbatur *Platoni* in ſua ciuitate
Græcanica Legibus compeſcere, vt ipſe teſtatur *l.8.de LL.*Quin
40 imo, & regularem ſexuum commixtionem, cum non volup-
tatis cauſa, ſed ad ſobolem propagandam natura commenta
fuerit; vtique naturæ intentioni repugnat, aliud ex ipſa, quam
propagationem intendere.

41 Non me latet quibuſdam perſuaſum eſſe complures Gen-
tes cenſuiſſe, vt innupti,& innuptæ corporis ſui inuicem copiam
faciendi licentiam haberent, etiam deliciarum duntaxat, & vo-
luptatis cauſa, gratis, aut pacta mercede. Vnde *Seldenus lib.* 5.
cap. 4. tradit ante legem Moſaicam licuiſſe innuptæ ſui copiam
corporis gratis, aut pacta mercede facere. Lege vero Moſaica
42 eiuſmodi innuptarum concubitus Hæbreis primò interdictos
fuiſſe, adeò vt circumciſis interſe extra matrimonium nullus
concubitus licitus haberetur. Quamuis cum pagana innupta,
in certis caſibus ſibi licitum fecerint. Ad quod allegant *Deu-
ter. XXIII.* 18. *Leuit. XIX.* 29. *Geneſ. XXXVIII.* 14.

43 Et rationem proſcriptarum è Sancto populo Meretricum
affert *Maimonides citante Seldeno*, tum vt euitarentur contentio-
num, & ſimultatum mala, quæ ex huiuſmodi libidine, matrimo-
nio non cohibita oriri ſolent; tum vt bono illo fruamur diſtin-
ctionis, ac certæ notitiæ familiarum. Vtcumque tamen meretri-
44 ces perconniuentiam toleratas fuiſſe habemus apud Gentes in
Venerem proniores, vt Matronarum, & Virginum honeſtarum
pudicitia paucioribus inſidijs foret obnoxia. Quare alicubi ſo-
lutas, & vilioris ſortis fœminas inerraſſe, iuuenilis quædam la-
bes habita, lubrico ætatis apud mitiores non tam defenſa, quam
eleuata. *Vid. Cic. pro Cælio. Add. prolix. loco Muſonij* apud *Sto-*
45 *beum ſerm.* 6. Non tamen ſilentio pretereundum eſt, quod apud
Indos etiam Gentiles ſimplex ipſa ſcortatio grande peccatum
46 ducitur *teſte Petr. de Valle Itiner. part.* 3. Equidem humanæ Na-
turæ conditionem benè rimanti non obſcure patet, haud con-
gruere per vagos concubitus, & lege ſolutos humani generis
47 propagationi inſiſtere; Quod veteres *Attici* feciſſe dicuntur an-
te *Cecropem* pecorum ritu ſine lege cohabitantes. Ex quo con-
cubitu ſuſpectam prolem, cui placeret ex illis, qui cum ipſa

con-

conſueuerant, offerebant. Hanc autem barbariem cum *Cecrops*
48 abrogaſſet, introductis legibus matrimonialibus, inde bifor-
mis dictus fuit; quod cum nemo antea niſi propriam matrem
noſſet, iam & patrem allegare poſſet: quodque matrimonij vin-
culo duos velut in vno corpore coaleſcere feciſſet, vt colligitur
ex Atheneo lib. 13. *cap.* 1. Patrum profectò ab armentis abſutu-
49 rus erat homo connubij legibus remotis,nam ſine legibus con-
nubialibus familiæ,ſine familijs ciuitates intelligi nequeunt, vn-
de apertum eſt, citra connubia homines acturos fuiſſe vitam
paulo minus quam belluinam. Hinc bene *Horat. carm. l.* 3. *od.* 5.
*Fæcunda culpæ ſecula nuptias primum inquinauere, & genus & do-
mos. Hoc fonte derriuata clades in patriam populumque fluxit.* Ac-
50 cedit, quod ſine matrimonijs nullæ cognationes ſat diſtinctè,
nulla quoque patrimonia exiſtere poſſunt, quibus ſublatis, om-
nia commoda quibus humana vita ſuſtentatur, aut exornatur
perit. Et quod *Ariſt. Pol. l.* 2. *cap.* 2. *refert*, quibuſdam Lybiæ
populis, qui ijdem fortaſſe ſunt, quos *Nicolaus Damaſcenus de
moribus Gent.* Limyrnios vocat, vxores fuiſſe communes, ſed ſo-
51 bolem diſcerni ex ſimilitudine formæ, fallax indicium eſt. Huc
facit, quod *Iuſtinus l.* 3. *cap.* 4. memorat de Parthænijs, qui me-
tu inopiæ, quippe quorum nulli pater, exiſtebat, cuius in patri-
monium ſucceſſio ſperaretur patria faceſſunt *Lactant. de falſ.*
52 *Relig. cap.* 20. Huc item faciunt, quæ contra Platonicam vxo-
rum communionem habentur apud *Stobeum ſerm.* 65. & quæ tra-
dit *Philoſoph. Polit.* 2. *cap.* 2. vbi Platonem, & Socratem repre-
hendit, quod dixerint ad maiorem hominum vnionem Vxores
53 communes eſſe debere. Nam quamuis Natura ſui propagatio-
nem in maris, & fæminæ coniunctione collocauerit, hanc ta-
men inter homines non ſimpliciter conſiderauit,ſed humani ge-
neris conſeruationem conſtituit in maris,& fæminæ coniunctio-
ne indiſſolubili nexu firmata, Vt enim ipſe *Ariſt.* docet Homi-
nes, hoc etiam brutis animantibus præſtant, quod illa conſor-
tio maris, & fæminæ non egent, niſi ſolius procreationis cauſa:
homines verò non ſolùm propter illam, ſed & eorum gratia,
quæ ad vitam conferunt. Et quidem ipſe Naturæ Auctor, qui
54 plaſmauit marem,condidit, & fęminam, vt eſſent duo in carne
vna. Quinimo & ſi ſacra pagina hoc non docuiſſet ipſa natura-
55 lis ratio matrimonij nexum iure naturæ firmatum oſtenderet.

Quin ſi bene res ipſa attendatur non aliter Deus Marem, &
56 fœminam copulauit, quam docendo, quod ius ipſum Naturæ
expoſceret, vtque doceret arctiùs intereſſe matrimonij vinculum

Digitized by Google

Inter homines, quam ſocietatem inter bruta, in ſingulis brutorum ſpeciebus marem, & fœminam ſeorſum condidit, in ſpeciè verò humana vnicum prius hominem de terra plaſmauit, deinde ex ipſo fœminam eduxit: non quidem de pedibus vt eſſet ſerua, nec de capite vt eſſet domina, ſed de latere vt eſſet par naturæ, vt ſcilicet edoceret, quanta non ſolùm corporum, ſed & animorum neceſſitudo inter eos intercedere deberet, quanto-
57 que ſubinde amore conglutinandi eſſent. Quod admonitum nobis Adam, imò per ipſum,Deus eſſe voluit in illis verbis: *Hoc nunc os, ex oſſibus meis & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*. Quaſi dicere voluerit, quæcunque alia naturæ vincula huic poſt habebit. Ex quibus *Adæ verbis Gen. 2. Hoc nunc*
58 *os, ex oſſibus meis*. Primam matrimonij inſtitutionem immediatè ab Adamo in lege naturæ, Deo tamen inſpirante educunt. *D. Auguſt. lib.* 14. *de ciuit. Dei cap.* 22. *Ex Theologis Magiſter. Sent.* 4. *diſt.* 26. *Alenſis* 4. *p. q.* 2. *memb.* 2. *à* 1. *D. Bonau.* 4. *diſt.* 26. *art.* 1. *q.* 2. *Durand. ead. diſt. Hugo l.* 2. *de Sacrament. p.* 11. *Vualdenſ. l. de Sacram. cap.* 132. *Adrian.* 4. *qu.* 1. *de matrim. Tappena art.* 18. *Louan. initio Catharin. contr. Caietan. q.* 1. *matrim. Ledeſ.* 2. *p.* 4. *q.* 44. *art.* 2. Ex Iuris peritis *Gl. c. vn. cap. de voto in* 6. *verb. in ſtatu Goffred. Sum. Tit de ſponſ. num.* 17. *Alex. de Neuo rub. de ſponſal. num.* 17. *Couar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 1. *§. vnico* cum alijs quos refert *Sanch. de eſſent. & conſ. matr. lib.* 2. *diſp.* 4. *num.* 2. *vbi tamen male citat*
59 pro hac ſententia *Ricard. in* 4. *diſt.* 26. *art.* 1. *q.* 3. Cum Ricardi opinio ſit Deum de facto matrimonium inſtituiſſe, dum Euam ex Adæ coſta produxit, verbo autem benedixiſſe cum dixit cre-
60 ſcite, & multiplicamini. At vt multa, quæ à Theologis in hac parte adduci ſolent paucis abſoluam. Nondùm ſatis inter ſcholaſticos conſtat, vtrum à Deo immediatè, & quibus verbis matrimonium inſtitutum fuerit, ſed communis Theologorum & Canoniſtarum ſententia, magiſque probabilis eſt, ſimul inſtitutum, ac præceptum fuiſſe à Deo, dum plaſmato, è Terra Adamo, & ex eius coſta educta Eua, dixit *creſcite, & multiplicamini*, vt habetur *Geneſ.* 1. Tunc enim Deus ipſis copiam fecit vt iungerentur, & corporum mutuam traditionem conceſſit, in quo vt optimè aduertunt *Sanch. & Pont.* matrimonim conſiſtit. Contractum verò poſtmodùm fuiſſe ab Adamo cum dixit: *Hoc nunc os, ex oſſibus meis, &c.* Et hæc eſt doctrina *D. Auguſt. lib.* 14.
61 *de ciuit. Dei cap.* 22. Vbi ait nos nullo modo dubitamus ſecundum benedictionem creſcite & multiplicamini, & replete ter-

ram

Digitized by Google

ram donum eſſe, hoc eſt inſtitutionem nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio inſtituit, creando maſculum,
62 & fœminam. Non quod creatio illa fuerit inſtitutio Sacramenti, vt *Richardus* cenſet,ſed quod creati fuerint, vt connubio copularentur. Et ſubdit,Adam autem Deo inſtigante,inſtitutionem
63 matrimonij ſpecificauit, & explicuit cum dixit. *Hoc nunc os, ex oſſibus meis, &c.* Non quod illa inſtigatio, vt *D.Bonauentura* intellexit, fuerit inſtitutio, ſed potius dici debet inſtitutionis executio prout *D.Auguſt.* verba referendo optimè aduertit *Sot. in 4. diſt. 26. q.1. art.2. Verſ. eſt prætere.*

Quodque matrimonium inſtitutum fuerit à Deo in illis verbis *Creſcite & multiplicamini* contractū verò ab Adamo cum dixit. Hoc nunc os, ex oſſibus meis eſt ſententia. *D.Thom 4.diſt.26. qu.2.art.2. ad 4. Palud. ibid. q.1. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap.2. Sot. 4.diſt.26. qu.1.art.2. verſ. nihilominus Veracrux. 1.p. ſpec. à 1.init. & 2.par.1.Anglcſ.flor. 1.p. qu.1. de eſſent matrim.diſt 26. à 2.diffic. 1.pag. 522.Enriq. lib.11. de matrim. c.1. n.3. Viuald. candel.p.1. de matrim. nu.7. Petr. Ledes de matrim q.42. art.2. Vega l.3. ſum. caſ.144.Gloſ. in cap.fin.de frig.& maleſ.verb.inſtitutor Turrecrem. in cap.quidam num.7. 17. q.1. Sylu. matrimonium 1. q.2. cum alijs quos refer. & ſequitur Sanch. de matrim. lib.2. cap.4.n.3.*

64 Collocata igitur ab ipſo Deo naturæ Auctore in legitima Maris & fœminæ coniunctione humanæ naturæ conſeruatione, & propagatione, ille naturę inſtinctus,quo omnia animantia ad maris & fęminæ coniunctionem ducuntur in hominibus vim naturalis præcepti habere cępit, vt erudite probat *Sot. in 4. diſt.*
65 *26. q.1. art.2. verſ. probatur concl.* Nam cum Matrimonium ſit ita ad procreandam ſpeciem neceſſarium, vt ad indiuidui conſeruationem alimenta, ſicut præceptum naturale eſt, vt homo
66 ad ſui ipſius conſeruationem alimentum ſumat, ita præceptum naturale quinimò diuinum eſt, expreſſum illis verbis *Geneſ. Creſcite, & multiplicamini, &c.* conſeruare ſpeciem per generationem *D.Thom. 4. diſt. 26. q.1. art.2. corp. & ad 1.* Et quia in homine conſideranda eſt natura generis, quod eſt animal & na-
67 tura ſpeciei,qua per rationalitatem differt à brutis. Genus cum non niſi per diuerſas ſpecies contractum reperiatur, non niſi ſecundum illas inclinat. Quamobrem brutis animalibus nulla eſt neceſſaria coniunctio, niſi ſolùm generationis cauſa, ideoque ſimpliciter in ipſis maris & fęminæ coniunctio exigitur, ad quam ſtatis temporibus ab ipſa natura quaſi pertrahuntur. In hominibus verò quia non ſolùm generatio, vel ſimplex prolis

nu-

Digitized by Google

nutritio quantum ad corpus conſideratur, quod cum ſolo fœmellæ ſubſidio in brutis fieri poſſit, nulla alia maris ſocietas eſt neceſſaria; ſed etiam attenditur educatio quantum ad animam, & proles maris, fœminæque fauore, & opera in longum tempus indigeat; Maris, & fœminæ coitio non tantum naturalis eſt, verùm & naturale agnoſcitur indiſſolubile conſortium, quod matrimonium dicimus ſuam denominationem ſu-
68 mens à matris nomine *cap. 2. de conuerſ. infidel.* Quod mater maiores labores quam pater ſubſtineat in partu, ante partum, &
69 poſt partum *Sanch. de matrim. in Prœm. Sot. in 4. diſt. 27. qu. 1. art. 1.* Hinc ciuiles leges inter præcepta Iuris naturalis primeui non modo maris, & fœminæ coniunctionem recenſent, ſed & libe-
70 rorum procreationem, & educationem, quæ naturalem finem matrimonij explicant de quibus *Cic. lib. 1. Offic.* ita ſcribit *Communis omnium animalium eſt coniunctionis appetitus, procreandi cauſa, & cura quædam eorum, quæ procreata ſunt.* Quodque liberorum educatio ſit iuris naturalis primeui eſt pulcher. *Text. in*
71 *l. vnic. §. taceat C. de rei vxor act.* Vbi dicitur, quod naturalis ſtimulus hortatur nos ad liberorum educationem, & voti paterni eſt liberis parare & locupletare eos *l. nihil intereſt in med. ff. de bon. lib.* Vnde vno ore docent Iuriſtæ æducationem quoad in-
72 ſtinctum naturalem, quo parentes mouentur ad educandos liberos eſſe iuris naturalis, reſpectu verò neceſſitatis, qua ipſos alere compelluntur eſſe Iuris Ciuilis. Pater enim iure ciuili Iudicis officio cogitur ad liberos ſuos pro modo ſuarum facultatum alendos *l. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſc. & l. fin. per tot*
73 *Tit. C. de alend. liber.* Quæ obligatio de æquitate Canonica etiam extenditur erga filios natos ex quocumque damnato, & illegitimo cohitu *cap. cum habent de eo qui duxit, quam prius polluit per adulterium.* Et ita à Iure Canonico, eſt correctum ius ciuile *in Auth. ex complexu de inceſt nupt.* Vbi ſancitur inceſtuoſos, & natos ex damnato cohitu alendos non eſſe.

74 Et quamuis *Scotus in 4. diſt. 26.* Admittere nolit matrimonij præceptum eſſe omninò naturale, quia non admittit eſſe naturale, niſi ſit, vel principium practicum per ſe notum, vel concluſio euidenter ex illo collecta, Coniunctio verò matrimonij per vinculum indiſſolubile, neque eſt principium per ſe notum, neque concluſio inde euidenter illata: nam licet ſit euidens ſpeciei procreationem eſſe bonam: *Vidit enim Deus omnia, quæ fecit & erant valde bona.* Non tamen euidenter colligitur ad procreationem ſpeciei matrimonium neceſſarium eſſe, cum quicumque

que

que concubitus ſufficiat. Verùmque ſit quod ait *Scotus* Non eſſe ius naturæ tamquam principium perſe notum, aut tamquam euidentem concluſionem: Nihilominùs non eſt negandum,quin matrimonij præceptum non ſit ſimpliciter iuris naturalis, nam vt docet *Ariſt.in Poſterior. & 1.Ethic.* Sunt inſcientijs euidentiæ gradus diuerſi quorum ſummus eſt in mathematicis; Verum negari non poteſt ſcientias etiam naturales, & morales eſſe ſcientias, licèt non concludant cum tanta euidentia: Cùm ergo lex matrimonij ſit quædam cognitio optimè reſpondet *Sot. in* 4. *diſt.*26. *qu.*1. *art.*2. Sat eſt vt dicatur ius naturæ,quod ex principijs naturæ per ſe notis efficaci, & probabili conſecutione inferatur, adeo vt viri etiam ſapientes inficiari nequeant. Vnde ex hoc fine, & neceſſitate nutriendæ, & procreandæ prolis,
75 matrimonij nodus indiſſolubilis elicitur. Negari ſiquidem non poteſt, quod ad ſpeciei procreationem fornicarius, aut alter etiam inceſtuoſus, vel adulterinus concubitus ſufficiat, ſed non eo modo, quo naturalis ratio ſuadet, & præcepit reſpectu educationis vt diſertè notat. *Sot in* 4. *diſt.*26. *qu.*1.*art.* 2. *Verſ.ad*
76 *primum.*Hinc elicitur Pręceptum Diuinum de matrimonio contrahendo, adeò vt communi Teologorum, & Canoniſtarum voto matrimonium cadat ſub præcepto; Non loquor tamen de Iure Diuino poſitiuo, quod naturæ ſuperponitur, vt ſunt mandata Sacramentorum & Fidei; Sed de Iure Diuino naturali,
77 Deus enim non ſupra naturam, ſed vti Auctor naturæ, & parens præceptum poſuit de indiſſolubilitate coniugij. Quinimò
78 licèt Deus hoc præceptum non expreſſiſſet, Natura ipſa nos obligaret ſub præcepto, non ſecus, ac nos obligat, & extat naturæ præceptum alimenta ſumendi, quatenùs ſeruandæ vitæ neceſſaria fuerint. *D.Thom.*4.*diſt.*26. *qu.*1. *art.*2. *Sot.in* 4.*diſt.*26. *qu.*1. *art.*2. §. *Atque ob eam rem &* §. *vnde ad prius.*

79 Quodque matrimonium à primo Humanæ naturę exordio obligaret ſingulos ſub præcepto communi Theologorum, & Canoniſtarum voto affirmat, *Sanch. de matrim. lib.*2. *diſp.*3. *n.*1.
80 Quæ concluſio adeò eſt vera,vt*Ariſt.*2.*Politic.*Multis nominibus Socraticam Rempublicam repudiauerit, Rempublicam nimirùm illam,quam Socrates inſtituit ponendo mulieres viris communes, & viros mulieribus, qui promiſcuè generarent. Com-
81 munis etenim vxorum, liberorumque poſſeſſio tam abſurdam præſefert deformitatem, vt neque in ſtatu naturæ integræ locum habuiſſet, prout aduertit *Sot. in* 4. *diſt.*26. *art.*1. *verſ. ad ſecundam* multò enim minor amicitia per illam promiſcuam

poſ-

poſſeſſionem filiorum firmaretur, quàm quæ à matrimonio inducta reperitur: quoniam vt ait *Philoſoph. 2. Politic.* Licèt omnes complexim poſſent ſe appellare patres, & filios, & fratres, nemo tamen diuiſim filium ſuum, aut patrem cognoſceret, quod
82 etiam in ſtatu innocentiæ fædum eſſet: Nam & tunc ius paternum, & vxorium viguiſſet. Et præterea in ſtatu naturæ corruptæ innumera eſſent inceſta inter patres, & filios, fratres, & ſorores, aliaque plura horrida, incommoda, quæ Socraticam Rempublicam conſequerentur.

Sic igitur de præcepto matrimonij, dum genus humanum paucis continebatur, non eſt quæſtio, ſed diſputatio ad hoc reducitur, vtrum multiplicatis hominibus matrimonij præceptum ceſſauerit; Et vtrum hoc præceptum adhuc permaneat.

83 Præceptum de matrimonio contrahendo ceſſaſſe affirmant. *D. Bonauent. Ricard. Alex. de Neuo, quos refert Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 3. num. 2.* ſed ab Orbe condito ſemper duraſſe, &
84 ſub eodem tenore, atque vigore duraturum, eſt concluſio. *D. T. 4. diſt. 26. quæſt. 1.* Cum qua communiter tranſeunt DD. & hæc ſententia eſt etiam magis rationi conſona, quia præcep-
85 ta naturalia ceſſante naturæ neceſſitate non eſtinguuntur, ſed ſolum pro tunc minimè obligant, vt patet in præcepto ſumendi alimenti, vel dandæ elemoſinæ. Vnde cum negari non poſſit, & pateat ex præmiſſis, quod præceptum matrimonij ſit na-
86 turale, Chriſtus verò nulla naturália præcepta abrogauerit ſed tantum ceremonialia; conſequenter dicendum eſt quod ſemper obligauerit, obliget, & obligaturum ſit vſque ad finem mundi ita tamen quod olim cum pauci erant homines ſingulos obligaret, nunc verò multiplicatis hominibus obliget ſolum in communi adeó vt ſi neceſſitas inſurgeret ſingulos etiam perſtringeret, *Palud. Durand. Sot. Ledeſm. Petr. Ledeſm. cum alijs quos plene cumulat & refert Sanch. dicta diſp. 3. num. 3.*

88 Quinimò neque ipſimet Monachi ab hoc præcepto eſſent exempti quicquid alij dixerint, nam cum hoc præceptum ſit naturale, vrgente neceſſitate omnes obligat vt eruditè poſt alios docet *Sanch. dicta diſput. 3. num. 4.* Vnde aduertendum quod etiam hodie ſecluſa neceſſitate propagationis Naturæ dari poſſet caſus in quo hoc præceptum obligaret, & patet in filio Principis, qui ſi vxorem non duceret ſequerentur bella, & ſeditiones, vt optime *Martin. à Led. 2. part. 4. art. 2.* Et quamuis *Sanch. diſp. 3. in fin. num. 4.* dicat hoc eſſe, non ex vi præcepti naturalis matrimonij, ſed ratione ſcandali vitandi. Nihilomi-

89 nus

Digitized by Google

89 nus prouenit ex obligatione præcepti naturalis, quo Princeps
tenetur ſtuderè tranquillitati, & conſeruationi ſuorum ſubdito-
rum, non machinare bella, ſed ipſa extirpare & ab illis decli-
nare eo quod ad naturæ Humanæ deſtructionem tendant.
90 Dico igitur cum *D. Thoma* coniugale præceptum vti Naturæ
neceſſarium nunquam reuocatum fuiſſe ſed ſuam ſemper vim,
retinuiſſe, & retinere adeo vt quoties humanum genus peri-
clitatum fuerit, nuptiarum beneficio reparandum ſit, quæ obli-
91 gatio in Republica ineſt, vt pluribus docet *Sot. in* 4. *diſt.* 26.
quæſt. 1. *art.* 2. *per tot.* Vbi autem generationis propagatio abun-
dat, quia prouidentia Dei eſt, vt non deſint, qui rei vxoriæ
92 operas impendant, præceptum coniugij, caſtitatis, virginita-
tiſque votum non aduerſatur. Quin liberum eſt ſingulis ſequi
Pauli conſilium 1. *Corint.* 7. *Volo omnes vos eſſe ſicut me ipſum,*
ſed vnus quiſque proprium donum habet ex Deo alius quidem ſic
aliusvero ſic dico nõ nuptis & viduis, bonũ eſſe illis, ſi ſic permãſerint
63 *ſicut & ego*. Quamobrem orthodoxam hanc concluſionem ne-
gare; quod cum naturali præcepto coniugij ſtare poſſit vt vnuſ-
quilibet caſtitatem ſingulatim vouere valeat, eſt ſtupida de-
mentia deuiare à Sacris Scripturis, & ſacrorum Conciliorum,
decretis *Tridentini*, præſertim, Anathema ferentis in negantes
94 quod Cælibatus non ſit ſtatus perfectior vxoratu. Atque ideò
hæreticum. Prout etiam hæreticum eſſet, aſſerere matrimonium
95 non eſſe bonum, & congreſſum coniugale eſſe illicitum in quo
nulla eſt controuerſia inter Catholicos, ſed quorumdam hære-
ticorum abſurdum fuit humaniſque conceptis diſſonum Dog-
ma cuius *D. Auguſt. lib. de hæreſ. cap.* 35. Auctores fecit *Tatio-*
nos & Encratitas D. Hieronymus lib. 1. *contra Iouinianum Mar-*
cionem, & Manichæum Tatiano antiquiores, *Tertullianus ad-*
uerſus Marcionem eum de hoc errore reuincit. *Guido vero Car-*
96 *melita* Armenis etiam eumdem adſcribit: quippe qui aiebant
ſi primo parentes non peccaſſent nunquam ad generandum,
coijſſent, ſed aliter humanum genus multiplicaretur, per crea-
tionem nimirum ſingulorum hominum; propter peccatum ve-
rò mutatam fuiſſe propagationis humanæ formam per genera-
tionem, hac vtique ratione *Adamiani* nomen ſortiti fuere, quo-
rum hæreſim refert, & reprobat *D. Auguſt. lib, de bono coniugli*
cap. 2. Errandique occaſionem inde nacti ſunt quod primus Pa-
97 rens nonniſi poſt peccatum obſcenum ſenſerit motum. Hanc
met hæreſim ſuſcitauit, & inipſam quoque incidit temporibus
98 *Innoc. III. Almaricus Doctor Pariſienſis*, quem errorem inſinuat

Digitized by Google

idem *Innoc. in cap. damnamus de Summa Trinit. & Fid. Cath. dicens: Reprobamus etiam, & condemnamus peruerſiſſimum dogma impij Almarici, cuius mentem, ſic pater mendacij excæauit, vt eius doctrina non tam hæretica quam inſana, ſit cenſenda.* Prædictorum
99 hæreticorum inſaniam multis rationibus conuincit *Sot. diſt. 26. quæſt. 1. art. 3.* Catholicam veritatem oſtendit necnon ob ethærodoxorum mendacijs, & impoſturis vindicat *Bellarm.*

Multa præterea habentur apud *DD. Hieronym. & Auguſt.* Extant Decreta plurima Summorum Pontificum, & Conciliorum vt apud *Leonem in epiſt. ad Termillum cap. 7. & in Concil. Bracaren. & Tolet. 1.* alijſque multis. Fuitque errorâ naturæ ingenio adeo abhorrens, vt *D. Paulus* adhæc abſurda exageranda *1. ad Timoth. 4.* hoc ipſum prophetico ſpiritu prædixerit dicens *Quia in nouiſſimis temporibus quidam diſcedent à fide in ſpiritu Demoniorum prohibentium nubere, & iubentium abſtinere à cibis, quos Deus creauit.* Coniunxit Doctor Gentium duo naturæ officia ab hæreticis reprobata, nam ſicut cibatio modo & menſura temperata, eſt actus virtutis, ita generatio. Vnde ſequitur præfatas hæreſes præter Manichæorum blaſphemiam alterum fundamentum habere nequiuiſſe. Dicunt enim: corpoream naturam non à bono, ſed â nequam Deo dimanaſſe, aduerſus quam non vacat hic modo diſputandi locus,

100 Humanæ quoque naturæ conſernationi, & propagationi quam Deus vti naturæ Auctor in legitima Maris, & Fæminæ coniunctione, indiſſolubili nexu firmata ſub naturali præcepto conſtituit; ipſimet homines iucundo liberorum intuitu, nec non ſtirpis ab interitu vindicatione capti inuigilare cœperunt. Vnde in fauorem matrimonij variæ leges, prodiere adeout quinque Iura in matrimoniorum cauſis finiendis adhibita re-
101 periantur. Conſuetudo nimirum, quam ante legem Moyſis Iure Gentium, iuxtà cuiuſque Regionis mores Nuptiæ celebrabantur. Ad maiorem etenim Humanæ ſpeciei conſeruationem, eiuſdem Propagationem connubiorum legibus circumſcribere cœperunt. Vnde antiqui Ebrei, *Docente Seldeno l. 5. cap. 3.* tradebant præcepto illo diuino. *Creſcite, & mul-*
102 *tiplicamini.* Maſculos omnes ante expletum annum vigeſimum debere vxorem ducere niſi qui aſſiduo legis ſtudio incumbentes, acriori libidinis ſtimulo eſſent immunes: Et hoc præceptum omnes pariter Noachidas ſtringere. Nec ſufficere vt ſterilem quis vetulam, aut quæ nondum viripontens eſſet duceret, niſi & fœcundam ſuperinduceret. Nonnulla etiam in

ſimi-

Digitized by Google

ſimilem ſententiam *tradit Plato de leg. lib.* 11. Et apud Ebreos
hæc quoque ſententia occurrit. *Quicumque negligit præceptum*
de multiplicatione generis humani, veluti homicida habendum eſſe
Quamuis, & apud ipſos *Eſſenorum* Secta effloruerit quæ om-
103 nem fæminarum vſum eiecauerat de qua *Plin. lib.* 5. *cap.* 17.
Solin. c. 38. Item apud alias Gentes leges in eundem ferre ſen-
ſum occurrunt, vt notat *Varro in lege menia apud Nonium Sto-*
beus ſerm. 65. *ex Arriano in epitecto l.* 3. *cap.* 7. *Pollux lib.* 3.
Plutarchus, Lycurgo, & in Apophth. Laconicis. Plato de leg.
104 *lib.* 4. ait: *Vxorem ducere debet quiſque cum annos habet triginta*
cogitans quod Natura quadam humanum genus immortalitatem
conſequatur cuius rei quiſque Natura ſummopere cupidus eſt. Ne-
105 *mo enim eſt, qui non deſideret perpetuum apud poſteros nomen ha-*
bere. Genus itaque hominum immortale hoc modo in ſempiternum
perdurat, quod filiorum filios relinquendo vnum, & idem ſemper
per generationem immortalitatem adipiſcitur. Nefas autem eſt im-
mortalitate ſe ipſum ſponte priuare. Hac verò ex animo ille ſe
106 *priuat qui filios & vxorem negligit.* Sic Romæ *Camillus*, &
Poſthumius Cenſores pœnæ nomine eos, qui ad ſenectutem
cœlibes peruenerant, in erarium deferre iubebant *Valer. max.*
lib. 2. *cap.* 9. quod mulctæ genus vocabatur *Vxorium*. Huius
facti meminit *Feſtus in Vxorium*, & ibi *Ioſeph. Scaliger.* necnon
Plutarcus Camillo. Elegans etiam eſt locus ex Oratione Me-
telli *apud Gellium lib.* 1. *cap.* 6. *Tradit Strabo l.* 7. *de lege Papia*
Popæa Vid. *Lipſ. ad* 3. *Ann. Tacit. & Iacob Godofred.* Quam
legem Sacerdotum ſuaſu à Chriſtianis Imperatoribus abroga-
tam fuiſſe probabile dicit *Samuel Pufendorfij de iur. Nat. &*
Gent. lib. 6. *cap.* 1. §. 6. vbi plura ad rem noſtram eruditio-
ne referta adducit. Et de abrogatione conſtat *tot. Tit. C. de*
infirm. pœn. Cœlibat.

107 Hinc & apud omnes Gentes apud quas morum aliqua eſt
cultura communi perſuaſione receptum deprehenditur impuras
cenſeri nuptias contractas inter perſonas certis conſanguinita-
tis, vel affinitatis gradibus iunctas vt *colligitur ex l.* 4. §. 3.4 5.
de grad. affinit. notat. *Plutarch. quæſt. Rom.* 108. vbi poſtquam
quæſiuit quare Romani cognatas ſuas vxores non ducant,
pro more diuerſas rationes dubitabundus proponit. Et ratio-
108 nem quã de latius ſpargendis amicitijs per affinitates refert
Plutarc. probat *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib.* 15. *cap.* 16. &
habentur cap. 1. 35. *q.* 1.

Varios vero Gentium mores reſpectu nuptiarum in certis

Digitized by Google

gradibus non contrahendarum plena manu, & diſerta eruditione refert *Samuel. Puſendorfij de Iur. Nat. Gent. d. lib. 6. à §. 28. vſque ad §. 36.*

109 Ius Moſaicum, quo Populus Hæbraicus tunc Deo electus ſuas actiones dirigebat, & nuptias pertractabat, ſecundum quod etiam hodie Hæbrei ſua matrimonia contrahunt in conferendis enim ſtipulandiſque nuptijs Lex diuina habetur *Leuitic. cap.* 18. *&* 20. vbi per Moyſen enumerantur perſonæ quæ ratione conſanguinitatis, & affinitatis matrimonium contrahere impediuntur nam prohibet miſceri conſanguineis, deinde hanc regulam declarando certas perſonas enumerat, & quatenus in linea recta aſcendentium, & deſcendentium matrimonium prohibet eadem eſt prohibitio legis
110 Moſaicæ, ac iuris naturalis, quia in gradu primo rectilineo prohibentur nuptiæ in infinitum, qui clamante Natura eſt prorſus à coniugali copula exploſus *l. nuptiæ, & l. fin. ff. de nupt. l. adoptiuus §. vnde ff. de ritu nupt.* eſt enim filius vt ait
111 *Philoſoph.* pars Patris. Vnde coniunctionem patris cum filia
112 vel filij cum matre, natura adeò ſemper exhorruit, vt quacumque extiterint feritate barbari homines, nulli aut vix vlli talia matrimonia excogitaſſe feruntur. Quod per quam euidens documentum eſt, naturæ tale facinus abhorrentis. Referunt quidem *Tertull. in Apologetico càp.9. Strabo lib* 15. *Quin.*
113 *Curtius lib.7. & alij*, huiuſmodi inceſta connubia apud Perſas in more eſſe. Vnde *Philo Iudeus de ſpeciali lege*, in ipſos inuehitur ibi: *Quo nihil excogitari poteſt magis impium conſpurcari defuncti patris Thalamum, cui maxima debebatur religio, matri exhiberi nullam reuerentiam, filium eumdem, & maritum fieri. Matrem viciſim vxoris nomen aſſumere, communes liberos patris quidem fratres, matris verò nepotes cenſeri, hanc prolis ſuæ matrem ſimul eſſe, ac auiam illum filiorum patrem, & fratrem vterinum.* Si non impoſtura potiùs, vt quidam aiunt, quam hiſtoria eſt, non ſunt iſti digni, qui inter homines adſcribantur, eſt enim huiuſmodi ritus belluinus potiùs, quam humanus, cum
114 & ipſa bruta tales congreſſus perhorreſcant. Vt enim teſtatur *Ariſt. lib.9. de hiſt. Animalium cap.47. & Plin. lib.8. cap.42.* De Camelo, & Equo, qui operimento contectas matres ſuperuenire coacti poſtquam matres eſſe agnouerunt, alter camela-
115 rium morſu defixo interemit; alter verò ſe præcipitem dedit. De Chinenſibus traditur, eos ab illis fœminis ducendis abſtinere, quæ eadem cum ipſis cognomina habent, & ſi de cætero

Digitized by Google

roſe ſanguine non contingant. Vid. *Martinium hiſt Sinicæ l.1.* *& Ambroſ.lib.8.epiſt.66.ad Paternum*. Multa contra conſanguineorum connubia confert. Memorabile item eſt *Claudij Imp.* factum, qui cum fœmina quædam filium ſuum agnoſcere nollet, dubia vtrinque argumentorum fide ad confeſſionem ipſam compulit, dum ei Iuuenis matrimonium indixit. *Sueton.Claud. cap.1.* Oſtendere quoque eiuſmodi coniunctionum fœditatem exinde quidam voluere, quod per illam diuerſa planè neceſſitudinum vocabula confundantur. *Apud Ouid. Metamorph. 10. Nec quod confundas, & iura, & nomina ſentis? Tunc eris, & matris pellex, & adultera patris? Tunc ſoror nati, Genitrixque vocabere fratris? Apud Senecam Phœniſſis Oedipus. Auigener, patriſque riualis ſui, frater ſuorum liberorum, & fratrum parens. Vno Auia liberos peperit viro, ac ſibi nepotes.* Vetus eſt etiam epitaphium *Herſilus hic iaceo, mecum Merulla quieſcit; Quæ ſoror, & genitrix, quæ mihi ſponſa fuit. Vera negas, fontemque trahis ænigmata ſphingis credis. Sunt Pythio vera magis tripode. Me pater è nata genuit, mihi iungitur illa. Sic ſoror & coniux, ſic*
116 *fuit illa parens*. Et laudatur apud omnes Romanarum legum caſtimonia, quæ ex ſola paterni nominis reuerentia illicitas declarabant nuptias inter patrem, & filiam adoptiuam etiam per emancipationem adoptionis iuribus ſolutis *l.55. ff. de rit.*
117 *nupt.* Cæterum Ebræi non tam ad naturalem rationem, quam ad Dei interdictum confugiebant. Tradebant enim à mundi initio ſex genera concubitus à Deo fuiſſe prohibita, cum matre ſua, cum nouerca, cum vxore aliena, cum ſorore, cum maſculo, cum beſtia, vt ex *Seldeno lib.5. cap.1. & 2.* aduertit *Samuel Puſendorfij de Iurnat. & Gent. lib.6. cap.1. §.33.* Moſaycæ verò legis prohibitiones in matrimonijs contrahendis
118 habentur *Leuitic cap.18. & 20.* Et quamuis politia Moyſis ad nos non pertineat, hoc tamen intelligendum, non de præceptis moralibus, & naturalibus, quæ ad omnes pertinent, ſed de iudicialibus qualia ſunt, quæ habentur *Leuit cap.18.* vtpotè per Chriſti aduentum euacuata *cap. Translato de conſt. Magiſter Sent. in 4. diſt 3. D.Thom. in 1. 2 qu. 104. art.3. Caietan. in 2. 2. qu. 154. art.9. ſolut. ad 3. conſtat ex Trid. ſeſſ.24. de ſacr. matr.*
119 *can.3.* Vnde & in lege Euangelica nullus gradus circa matrimonium prohibitus reperitur, qui itidem non ſit iure naturali prohibitus vt poſt *Couar. in 4. Decretal. cap.6. §.10. n.1.* docet *Fagn. in com. ad cap. Virqui de conſang. & affin. n.29. & ſeqq.* & ante ipſum *Panorm. in cap. literas num.16. de reſt. ſpol.*

120 Ius

120 Ius etiam Ciuile certam formam nuptijs ſicut cæteris contractibus ad Reipublicæ tranquillitatem præſcribere capit, & ſecundum ipſum dirigenda ſunt matrimonia fines ſimplicis contractus,non excedentia qualia ſunt matrimonia infidelium, quæ cum ſimplicis contractus naturam ſapiant, conſequenter etiam hodiè ſubiacent ordnationi legum Ciuilium vt patet *tot. tit. ff. de Nupt. de Ritu* Nupt. *&* *alibi*. Quæ quidem
121 iura in matrimonijs fidelium omninò ſilent ſtante ratione Sacramenti, ipſi matrimonio inſeparabiliter, & eſſentialiter adiuncta, adeò vt Ciuilis Lex quamuis non correcta à Iure Canonico niſi ab ipſo expreſsè approbata reperiatur nullam inter fideles poteſtatem habeat, ex cauſa quantumuis rationabili,
122 & honeſta vt latè probat *Fagn.in cap.1.à n.19. de cognat.Spirit.* Et conſtabit ex infra dicendis, vna voce clamantibus cum Theologis Canoniſtis ad matrimonium irritandum, exigi ſtatutum Eccleſiæ, & legalem auctoritatem non ſufficere.

Ius item Euangelicum in matrimonio attendi debet. In lege etenim Euangelica matrimonij contractus eleuatus fuit ad eſſe
123 Sacramenti, quod licèt conſtet apud omnes, adeò vt negare matrimonium à Chriſto Domino in Sacramentum nouæ legis inſtitutum fuiſſe hæreticum ſit vt pluribus relatis teſtatur, *Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 4.* Cuius erroris auctores, vt ait *Gnido Carmelita* fuerunt Armeni, noſtriſque temporibus eiuſdem
124 patroni ſunt Lutherani, negantes matrimonium eſſe Sacramentum duplici Lutheri cauilo decepti, quo Apoſtoli ſenſum præuertit,cuius inſanias confudit *Sot. in 4. diſt.26. qu. 2. art.1.*
125 *Bellarm.* Nihilominùs de tempore inſtitutionis non conſtat,& in hac parte diſſident Doctores, quorum quidam inſtitutum aſſerunt, dum Chriſtus nuptijs interfuit *Ioan. 2.* Alij verò verius approbatum dicunt *Ioan.2.*Sed inſtitutum *Matth.*19.Dum Chriſtus matrimonij bonitatem commendauit, eiuſque inſeparabilitatem præcepit dicens: *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet*. Vtramque ſententiam pluribus allegatis referunt, *Ledeſm. 2. p 4 q.44. art.12* Qui tamen neutram definit, *Sanchez de matrim. lib.2. diſp.4. nu.4. & 5.* qui cum *D.Thom.3. p.tit.1. cap.2. ante §. 1. Matth.19.* Veriùs inſtitutum dicit, cui ſententiæ & ſe ſubſcribit, *Pont. de matrim.* cum alijs ab ipſo relatis.

126 Ius denique Canonicum in fidelium matrimonijs contrahendis ſpectandum eſt, cæteris alijs iuribus, & conſuetudinibus circumſcriptis, nam confeſtim ac matrimonium ab eſſe
127 contractus eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti de ſui natura deſijt

ſijt eſſe ſub poteſtate Principis laici, & tranſijt in poteſtatem Eccleſiaſticam, vnde Iure Eccleſiæ fidelium matrimonia regi cæperunt, & variæ emanarunt Eccleſiæ Conſtitutiones in corpore Iuris Canonici coagulatæ, de quibus infrà, Ciuiles leges in multis abrogantes, adeò vt à primis Eccleſiæ Temporibus auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & ab ipſiſmet Imperatoribus omni veneratione receptæ fuerint leges, matrimonij impedimenta inſtituentes & dirimentes, Romano Pontifici Chriſti Vicario in ipſis diſpenſandi poteſtate reſeruata. Hinc eſt, quod cum ratio legitimi contractus, in matrimonio fidelium iuxtà Eccleſiæ præſcriptum contracto, importet Sacramentum; In ſubſtantionalibus matrimonij, non eſt ampliùs inſpiciendum ius Ciuile, ſed Ius Canonicum, ſecundum quòd matrimonia
128 dirigi debent, ex communi diſtinctione & doctrina DD. vno ore aſſerentium, quod in materia Eccleſiaſtica, & Spirituali, in vtroque foro Eccleſiaſtico nimirùm, & temporali ſeruandum ſit Ius Canonicum, quod in terminis matrimonij teſtantur, quotquot ab Ethęrodoxorum mendacijs alieni de hac materia ſcripſerunt, etiam Laicali poteſtati fauentes inter quos clarè *Oinot. in Tit. de nupt. num.* 11. & loquens *de Arbore conſanguinitatis Canonica poſita ſub eodem tit. de nupt. n.* 1. eſt textus expreſſus in *cap. Ad Sedem* 35. *qu.* 5. docet *Bart.* & omnes communiter *Iuriſtæ in l. ſi Auiæ C. de ſucceſſ. edicto.*

129 Dixi in ſubſtantialibus matrimonij attendendas leges Eccleſiaſticas, quia quòad cætera commoda, quæ ex hoc coniugali fædere in Rempublicam pullulant illæ ſeruandæ ſunt, quę Iure Gentium, & Ciuili adhibitæ reperiuntur, quibus Nuptiarum conciliatio decoratur, & conſtabilitur; *Vt de dotibus*; Reipublicæ ſiquidem intereſt dotes mulieribus conſeruari. *De libero bonorum vſu, qui viro competit. De ſucceſſione vxoris in partem bonorum viri, de Legatis, & de Iure hæreditatis, de quibus in corpore Iuris Ciuilis extant Tit. ſub Rubr. de ſponſalibus, de Iure dotium, & alij,* Et hæc eſt optima diſtinctio, qua vtitur *Bellarm.* Et cum qua pertranſeunt DD. omnes Catholici tam Canoniſtæ, quàm Theologi præter vnum *Launoium,* poſt errores *Rabardei*, de quibus infrà. Neminem ſiquidem, ijs demptis, Catholicorum inueni ſimpliciter aſſerentem Laicalis Iuris eſſe Leges inſtituere fidelium matrimonia impedientes, & dirimen-
130 tes, nec non in ipſis diſpenſare. Sed communis vox, & ſententia eſt matrimonij contractum confeſtim ac eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti ſtatim deſijſſe à poteſtate Laicali, & tran-

ſijſſe

ſijſſe in Eccleſiaſticam,adeò vt non in vim reſeruationis Ponti-
131 ficiæ.ſed natura ſua ſit fori Eccleſiaſtici *Sanc.*verò de *mat.lib.7.*
*diſp.3.n.2.*merito *à Pontio* reprobatus matrimonij Leges ad Fo-
rũ Eccleſiaſtcũ pertinere aſſerit ex reſeruatione Sũmi Põtificis,
putãs quod alias ſæcularis Princeps natura ſuæ poteſtatis ma-
trimonij impedimẽta dirimentia fidelibus ſuis ſubditis ex iuſta
132 cauſa data Lege indicere poſſet; Verum cum reſeruatio à Pa-
pa facta pendeat, & innixa ſit qualitati rei reſeruatæ, quia
ſacræ; hinc ſequitur doctrinam *Sanchez* eſſe falſam ſi eius aſſer-
tio ita percipiatur, quod ſcilicet matrimonium ideo ad Eccle-
ſiam pertineat, quia reſeruatum à Papa, veram autem ſi na-
tura ſua vti res ſacra, atque ideo reſeruata. Nam ſi Eccleſia-
ſticæ poteſtati vti Sacramentum reſeruata non eſſet, videlicet.
Si matrimonium non eſſet Sacramentum, vt cæteri contractus
à Laicali iure penderet, neque aliud profectò *Sanchez* intelli-
gere potuit, neque aliter dicere voluiſſe, patet ex his, quæ ha-
bet *num. ſeqq.* aliàs in hac parte à primis veritatis Catholicæ
principijs deuiaſſet *Sanchez* quia Catholica veritas eſt, & om-
133 nia Iura clamant, res ſacras & Eccleſiaſticas, ad iuriſdictio-
nem Eccleſiæ natura ſua pertinere. A Philoſophicis verò quia
implicat in terminis, quod aliquid natura ſua pertineat ad
134 Eccleſiam, & quod Princeps ſæcularis ex genere, & natura
135 ſuæ poteſtatis in illud leges ferre poſſit, eo pacto, quo poteſt
Eccleſia, prout colligitur ex literali Aſſertione *Sanch. lib.7. de
imped. matrim. diſp.3. num. 2. num.* tamen *ſeqq.* ita explicat, vt
non niſi in hunc ſenſum trahi poſſit, quod ſcilicet Princeps
ſæcularis ex genere, & natura ſuæ poteſtatis ferre valeat leges
matrimonium impedientes, & dirimentes, niſi eſſet Sacramen-
tum, vel inter eos apud quos non excedit fines ſimplicis con-
tractus, vtpotè ſunt infideles, quorum matrimonia ciuilibus
legibus ſubdi, & conſequenter Laicales Principes circa ipſa
leges condere, & impedimenta ſtatuere poſſe, in quæſtionem
non deducimus. Et quidem cum *Sanch. tract. de matrim lib.2.
diſp.10. num.6.* Fateatur matrimonium vnum eſſe ex ſeptem
Eccleſiæ Sacramentis, & dicat contractum matrimonij inſe-
parabilem eſſe ab eſſe Sacramenti, ità hæc duo inſeparabiliter
coniuncta mutuo ſe ſe ponant, ac deſtruant, quicquid ſecus
ſenſerit *Rebell. de oblig. Iuſt.1. Pont.lib.2. qu.5.* ſibimet ex dia-
metro eſſet contrarius, ſi dicendo quod ſæculares Principes
ex genere, & natura ſuæ poteſtatis poſſint leges in matrimo-
nium ferre,intelligeret de matrimonio, prout eſt Sacramen-

tum,

Digitized by Google

tum. Optimè enim, & erudite de more infert. *Sperell. deciſ. 9.*
136 *num.* 23. Si non datur contractus matrimonij inter Catholicos à parte rei ſeparatus à forma Sacramentali, neć poteſt eſſe contractus, neque valere, vt contractus, quin etiam ſit Sacramentum, ſequitur, vt neque Iudex laicus cognoſcere valeat de contractu; quin cognitio verſetur etiam ſuper eſſe Sacramenti, quod à parte rei inſeparabile eſt ab ipſo matrimonij legitimo contractu, & quod ſub Iudicis laici iuriſdictione cadere haud quamquam poteſt.

Hinc itidem eſt, quod *Pontius* literalem *Sanchez* aſſertionem confutat in ſuo *Tract. de matrim. lib. 7. cap. 1. & 2.* docens non
137 poſſe ſęculares Principes leges aliquas condere circa matrimonia fidelium: quod enim materia Sacramenti matrimonij ſit contractus, hoc non ſufficit, vt ſæcularis Princeps leges condere poſſit directè, vel indirectè ſubſtantiam matrimonij percu-
138 tientes, nam ex eo, quod aliqua materia per Chriſtum facta eſt ſacra, iam extra iuriſdictionem, & poteſtatem ſæcularem abijt. Quare poſtquam matrimonio acceſſit ratio Sacramenti ſub iuriſdictione laicali amplius conſiderari non poteſt. Vnde
139 meritò infert *Pontius loc. cit. n. 4.* Non ſolum ſæculares Principes poteſtatis defectu leges fere non poſſe circa ſubſtantialia matrimonii, ſed neque circa acceſſoria, vbi acceſſorium impediret principale, poſſe tamen circa alia acceſſoria, quæ ex ſe prin-
140 cipale non impediunt, nimirum circa dotes, lucrum dotale, donationes inter virum, & vxorem, ſponſalitias largitates, & ſimilia, vt pleno calamo teſtatur *Ricc. dec. 178. Bellet. diſq. cler. par. 1. tit. de exempt. Cleric. à ſtat. ſecularium §. 4. nu. 43. & 44.* vbi latè diſſerunt, an Laici Principes contra libertatem matrimonii aliquid ſtatuere poſſint.

141 Et licet non deſint, qui dicant Fideles Princeps ſi præcisè eorum poteſtas conſideretur, poſſe ex iuſta cauſa ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia, quò ad ſuos ſubditos tam fideles, quam infideles, inter quos *Coninch. de Sacr. diſput. 30. dub. 1. Filliuc. tom. 1. tract. 10. cap. 1. nu. 4. Tannerus to. 4. diſp. 38. qu. 4. dub. 1. num. 16. & 17. Gamachaeus in 5. part. D. Thom. de ſacram. matrim. Ochagauia de Sacram. tract. 3. de matrimon. qu 32. nu. 5. Kelliſonius in 3. part tom. 2. qu. 50. art. vnic. dub. vnic. Turrian. in ſum. p. 2. cap. 109. dub. 5. concl. 1. Syluius in 3. part. qu. 50. art. vnic. concl. 6. Ludouicus de San Iuan. de Sacram. matrim. q. 6. art. 1. dub. 1. concl. 2. Layman. lib. 5. tract. 10 p. 3. cap. 1. q. 1. Mercerus de Sacram. in ſupplem. q. 50. verſ. que-*

ritur ſecundo *Bonaçin. de matrim.* 3. *punct.* 1. *numer.* 5. *Rebellius part.* 2. *lib.* 3. *q.* 1. *Corneio in* 3. *part. tract.* 6. *de imped. matrim. diſp.* 7. *dub* 3. *Villalob. in ſum. tom.* 1. *tract.* 4. *diffic.* 1. *nu.* 3. & 4. *Celeſtinus in Compend. Theolog. moral. tract.* 2. *Becanus de Sacram. cap.* 49. *qu.* 3. cum alijs, quos refert *Diana tom.*9. *tract.* 2. *de Immun. Eccleſ. reſol.* 222. & 340. Omnes tamen rectè notant, & docent vſum huius poteſtatis eis ab Eccleſia interdictum, & Summis Pontificibus reſeruatum fuiſſe, adeò vt à Laicis Principibus in contrarium facta iure ſint irrita, & nulla, ne-
142 que in hoc audiendum *Petrum Sotum lect.*4. *de matrim.* docentem oppoſitum aduertit *Corneio d.* 3. *part. tract.* 6. *de imped. matrim. diſp.* 7. *dub.* 3. citatus à Diana *d. reſol.* 222. & 340. vbi ſa-
143 tuam reijcit opinionem *Ioannis Præpoſiti,qui neſcio quo iure innixus in* 3. *part. D. Thom. qu.* 7. *de imped. matrim. dub.* 1. *nu.* 1. *circa finem*, ait: *Princeps ſæcularis iuxta quoſdam poteſt impedimenta matrimonij conſtituere reſpectu fidelium ſibi ſubiectorum cum Eccleſia non videatur poſſe reſtringere eius poteſtatem, quippe qui non ſit Eccleſiæ ſubiectus*. Cuius aſſertio duos palpabiles errores includit, quorum primus eſt, quod Princeps Laicus poſſit impedimenta conſtituere reſpectu matrimonij, quod ab eius iuriſdictione vti res ſacra ſeclusum hi ſolum negare poſſunt, qui cum Luthero ſacramentum non eſſe ſentiunt, vt clare patebit, ex infra dicendis. Secundus, & hæreſi proximus error eſt, quod Princeps Laicus Eccleſiæ non ſit ſubiectus, quod licet iniuriſdictionalibus ab Ethærodoxis contendatur, tamen inter Orthodoxos
144 certi iuris eſt temporalem Rempublicam ſpirituali, & laicalem poteſtatem, Eccleſiaſticæ ſubditam eſſe in his, quæ cum ſpiritualibus ſunt coniuncta, & quæ ad finem ſpiritualem, ſeù ſu-
145 pernaturalem ordinantur; Vnde eſt in facultatibus poteſtatis ſpiritualis in rebus præfatis laicalem moderari, vt in terminis ciuilium legum matrimonij ſubſtantiam reſpicientium, & quibus olim matrimoniales cauſæ ſubijciebantur vno ore teſtantur cum Theologis Canoniſtæ communiter vti falſam, & improbabilem refellentes opinionem *Petri Soto dicta lect.* 4. *de matrim.* & reijcientes dictum *Præpoſiti dict. qu.* 7. *dub.* 1. *num.* 1. *circa fin.* quæ non ſolum reijciunt recentiores DD. ſupra citati, & quorum cathalogum recenſet *Diana d. reſol.* 222. Sed & contrarium docuere veteres inter quos *D. Bonauentura in* 4. *diſt.* 42. *art.* 2. *qu.* 2. *Richard. art.* 2. *qu.* 2. *Palud. q.* 1. *art.* 2.

146 Hinc idem met *Sanchez dicto Tract. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 3. *nu.* 4. cuius verborum cortici inhærendo *Launoius* ipſum in-

ſuam

Digitized by Google

ſuam ſententiam trahere nititur, multorum quin communi DD. auctoritate concludit, hodie ſæculari Principi fideli non eſſe integrum aliquid diſponere circa matrimonia fidelium im-
147 pedienda, & dirimenda, quod ex directo *Launoius* integro ſuo Tract. impugnare ſtudens in duos graues errores impegit; quorum primus eſt quod fidelis Princeps natura ſuę poteſtatis fidelibus ſuis ſubditis matrimonij impedimenta, etiam dirimentia legibus indicere poſſit. Secundus quod Eccleſia hanc poteſtatatem ſæculari Principi vſurpauerit atque ideò infert vt ſignanter patet ex notat. in *cap. ſeq.* ad huc ſæcularem Principem leges matrimonium dirimentes inſtituere poſſe. Primi erroris defenſorem allegat cum alijs *Sanch. d. lib. 7. diſp.* 4. *num.* 2. Sed ſi attentè doctrinam DD. quos citat, & ſignanter *Sanch. d. diſp.* 3. *per tot. perpendiſſet in illos non incidiſſet. Hec enim ſunt verba Sanch. d. diſput.* 3. *num.* 4. *Hinc deducitur non*
148 *eſſe integrum hodie Principi Sæculari fideli diſponere aliquid circa matrimonia fidelium impedienda, aut diſſoluenda. Quoniam Pontifex hanc ſibi poteſtatem reſeruauit meritò quidem. Quippe cum matrimonij contractus, hodie limites naturæ excedat, & ad eſſe ſupernaturale Sacramenti eleuatus ſit, dedecet vt tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineat.* Sic ergo, ſi eo quod contractus matrimonij naturę limites excedit, & eſt eleuatus ad eſſe ſupernaturale Sacramenti, dedecet vt tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineat, iam ſequitur Sanch. nunquam ſenſiſſe quod matrimonium fidelium, quod eſt inſeparabile ab eſſe Sacramenti, Ciuilibus legibus ſubiaceat.
149 Quod vero ſubdit; hanc poteſtatem negari ſæculari Principi non ex vi eius poteſtatis, ſed ratione huius reſeruationis. Ne dicamus *Sanch.* eodemmet verborum periodo ſibimet contrarium eſſe, intelligendum de poteſtate Principis ſæcularis in matrimonio in genere ſumpto, quaſi dicat *Sanch.* Sæcularis Princeps non ex vi ſuæ poteſtatis, non poteſt leges matrimonium impedientes, & dirimentes inſtituere, ſi conſideratur matrimonium quatenus matrimonium eſt, ſed ex vi reſeruationis Eccleſiaſticæ qua Sacramentum eſt, quia eleuatus ad eſſe Sacramenti confeſtim reſeruatus ſua natura remanſit Iuri Eccleſiæ, & non niſi in his terminis loquuntur, & loqui poſſunt *Victoria, Enriq. Petr. de Ledeſma Bart. Ledeſma, & Ledeſma* 2. *p.* 4. *q.* 61. *art.* 2. *col.* 3. *verſ. ſed contra eſt à Sanch* citati, quos tamen *Launoius* non diſtinguens inter matrimonium, & & matrimonium in ſuam ſententiam pertrahit; vt ex not cap.

 ſeq.

ſeq. videre eſt. Tantumque abeſt, quod *Sanch.* Ciuilibus legibus aliquid iuris deferre intellexerit in Sacramentum ma-
150 trimonij, vt non audiendum dicat *Petr. de Sot. lect.4. de matrim. ad fin.* vbi ait leges Ciuiles ex pietate, & voluntate Principum in hac re ceſſiſſe Eccleſiæ non tamen propterea legi id auferendum eſſe; vt illegitimos aliquos reddere poſſit ad matrimonium ſecundum, vbi clare admittit hodie id poſſe Principem ſæcularem, nec poſſe Pontificem eam adimere facultatem, quod ne dum pugnat primis Catholicæ fidei principijs ſed vt notat *Sanch. dict. diſp.3. num.3.* eſt ab omni ratione alienum, vt clarius demonſtrabimus confutando in *cap. ſeqq.* aſ-
151 ſertiones *Launoij*. Hanc reſeruationem, indecorum, atque improprium agnoſcentes, Romani Pontifices quod tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineret, prout pertinebat cum non excedebat fines ſimplicis contractus, vel prout pertinet vbi fines contractus non excedit, vt patet in matrimonio Infidelium, varijs conſtitutionibus, Sacra verò Concilia multis editis Canonibus declarantur, vt patet *ex cap. Tuam de ordin. cognit. c. multorum 55.46. c. Accedentibus de exceſſibus Prelatorum c. 2. de ſponſal. c. Euphemium 2. q. 3. Teſtantur ex Canoniſtis, & Iuriſtis Gl. fin. in c. ſi quis ingenuus 29. 2. q. 2. Ant. d. 4. de ſponſal. nu. 12. & c. 2. de deſponſ. Impub. Hoſt. in ſum. Tit. de ſecund. Nupt. in fin. Abb. repet. cap. Eccleſia de conſt. num. 19. & cap. 1. deſpon. num. 9. & ibi Alex. de Neuo Præp. Felin. Abb. in cap. 1. de cognat. Franc. cap. ſtatutum de hære in fin. Aſtenſ. ſum. 2. part. lib. 8. tit. 19. art. 19. Syla matrimon. 8. quæſt. 8. dict. 1. Tabiena verb. Impedimentum imped. 6. numer. 1. Turrecrem. cap. 1. 30. quæſt. 3. art 6. in ſolut. ad 2. numer. 17 Couarr. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 10. numer. 16. Gaeta repet. capitul. ad Limina 30. quæſtion. 1. §. 4. numer. 230. vſque ad 304. Brun. deſponſ. concluſ. 19. numer. 1. Peguera quæſt. Crimin. cap. 42. numer. 2. Zipeus Conſult. Canon. lib. 3. tit. deſponſ. & matrimon. conſ. 2. & 16. Calas de legibus diſput. 9. ſect. 1. numer. 50. Fragos. de Regim. Reipub. tom. 1. part. 1. lib. 2. diſput. 4 numer. 299. Julinus Carthar. deciſ. 36. numer. 12. Ciarlin. lib. 1. controu. capitul. 104. numer. 28. Theodor. Rem. Kingk tract. de Reg. ſæcul. & Ecclеſ. lib. 3. claſſ. 1. capit. 10. numer. 20. & ſeqq. Thom. Michel. in concluſ. Theoricæ Practis de iuriſdict. concluſ. 41. Henricus Bocerus tract. de iuriſdict. cap. 3. numer. 44. 45. 47. & 51. Farinac. in Praxi Crimin. quæſt. 8. num. 150. Præpoſ. in 3. part. quæſt. 3. dub. 5. num. 28. Zipeus in iure nouo Pontif. lib. 2. tit. de form. compet. numer. 9. Barboſ. de pot. Epiſc. part. 3. alleg. 84. num. 4. Fagnan. de Iuſt. monit.*

Digitized by Google

nit. Paul.V. fol.37.Vincent. Hercula in qu.3.gloſſ.optima in cap.1. in fin.3. qu.3. Alex. in l. ſi filius à Patre, ff. de lib. & Poſt. §. fin. Martha de Iuriſd. part.4. cent.1. caſ.70. nu.3. cum alijs ab ipſis plena manu relatis.

Ex Theolog. D.Thom. in 4. diſt.42. quaſt.2. art.2. ad 4. vbi D. Bonauen. art. 2. quaſt. 2. ad fin. Ricard. art. 2. quaſt. 2. in fin. Palud. quaſt. 1. art. 2. concluſ. 7. num. 17. & diſt. 26. quaſt. 3. art. 3. num. 13. Maior. 4. diſt. 29. quaſt. 2. concluſ. 1. in fin. Sot 4. diſt. 42. quaſt. 2. art. 2. ad 2. & ibi Ouand diſput. vnic. propoſ. 4. Cannedo Sum. Sacram de matrim. cap.6. Sanchez. de matrim. lib.7. diſput. 3. num. 1. 3. & 4 vbi recedit ab his quæ habet num. 2. Bellarm. lib.1. de matrim. cap.32. Vaſq. in 5. part. tom. 4. diſp.3. de matrim. diſput. 12. difficult. 12. num.7. Pont. de matrim. lib.6. cap. 1. num. 9. & cap. 2. num. 3. Auerſ. de Sacram. matrimon. quaſt. 9. ſect.2. & 3. Valentia in 3. part. tom.4. diſp.10. quaſt.5. punct. 1. Ruard. Tapper. in ſuis controuerſ. art. 20. Hurtad. de Sacram. Matrim. diſput. 12. diff. 12. Coninch. de Sacram. diſp.30. dub. 1. num.6. Filliuc. tom. 1. tract. 10. cap. 1. num. 4. Ianner. tom. 4. diſput. 38. quaſt. 4. dub. 1. num. 16. & 17. Ochagauia de matrim. tract. quaſt. 31. num. 3. Chimerot. de Sacram. tract. 12. cap.5. dub.1. Kelliſon. in 3. part. tom.2. quaſt.50. art. vnic. dub. vnic. Turrian. in ſum. part. 2. cap. 109. dub. 5. concluſ. 1. Silu. in 3. part. quaſt.50. art. vnic. concluſ. 6. Ludouic. S. Ioann. de Sacram. matrim. quaſt. 6. aart. 1. dub. 1. Saymon. lib. 5. tract. 10. part.4. cap. 1. quaſt.1. Mercer. de Sacram. in ſupplem. quaſt. 50. verſ. quaritur ſecundo Bonac. de Matrim. quaſt. 3. præmit. 1. nu.5. Diana oper. coord. tom. 9. tract. 2. de Imm. reſol.221. 222. 341. & 342 Corneyo in 3. part. tract. 6. de imped. matrim. diſput. 7. dub. 3. Villelob. in ſum. tom. 1. tract. 14. difficult. 11. num. 3. & 4 Becan. de Sacram. cap. 49. quaſt. 3. Ioan. Machad. de perfecto Confeſſ. tom. 1. lib.3. part. 1. tract. 5. docum. 2. num. 4. VVigers in 5. part. D.Thom. quaſt.50. art. vnic. Eſtiu. in 4. ſent. diſt. 34. §. 1. Moure in exam. Theol. moral. part. 3. cap. 17 §. 1. num. 3. Boſſius de Matrim. cap. 1. §. 37. num 96. & cap. 11. §. 14. num. 209 Capſenſ. in curſu Theolog. tom. 2. tract. 26. diſp.9. ſect. 1. num. 4. Baun. in Theolog. Moral. part. 1. tract. 12 quaſt. vlt. aſſert. 3. Petr. à S. Ioſeph. in ſua Theolog. Sacram. cap. 28. reſol. 8. Ioan. Petit. in part. Sacrament. ſua Theolog. vniuerſal. tract. 8. lect. 3. Philipus Gamacheus Summ. Theolog. tom. 3. de Sacr. Matrim. cap. 15. cum alijs ſupra quod idem confirmant DD. ſupracitati, & alij propemodum infiniti ab ipſis relati, &

quot-

Digitized by Google

quotquot de hac materia pertractarunt Orthodoxi Scriptores præter vnum *Petrum de Sot. lect. 4. de matrim. ad fin.* in hac parte vna voce ab omnibus Theologis, & Canoniſtis reproba-
152 tum, cuius veſtigijs inhærens *Michael. Rabberdeus in ſuo libello inſcripto Optatus Gallus, de cauendo ſchiſmate Typis edito Anno* 1641. *ſect.* 5. *per totam, & in defenſione legum connubialium.* firmat ac docet Laicos Principes inducere poſſe impedimenta ſuorum ſubditorum matrimonium dirimentia. Qua-
153 de cauſa & quod multa alia habeat contra Immunitatem Eccleſiaſticam, directe aduerſantia ſacrorum Conciliorum, & Canonum decretis, nec non ſententijs communiter receptis inter Doctores Catholicos, contra Ethærodoxos, mordicus à reliquis Scriptoribus ſuæ doctiſſimæ & præſtantiſſime Religionis defenſas *Anno* 1643. *ſub. die* 18. *Martij, Edicto die* 29. *Aprilis* in locis publicis affixo, ſacra & vniuerſalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Congregatio peculiari Decreto *Rabardei* Doctrinam varijs Theologicis cenſuris qualificauit atque damnauit, & ſuper eius librum nigrum Theta impoſuit.

154 *Rabardei* aſſertiones, quoad leges matrimonium reſpicientes, reaſumpſit Anno præterito *Launoius* integrumque Tractatum edidit fallaci doctrina & eruditione refertum, quo firmat Regij, ſeu Laicalis iuris eſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, quod omnino reprobandum iuxta communem DD. ſententiam præſertim illorum, qui vti Sacræ Theologiæ Profeſſores in præclariſſimo Muſeo Subornico floruerunt, à quorum conſilio deuiauit *Launoius* Vnde ex induſtria ſemper cum ſcriptoribus Gallis, ſuiſquemet verbis, & auctoritatibus *in cap. ſeqq. Launoi* ſententiam impugnabo, vt agnoſcant Orthodoxi, fateanturque ipſi Etherodoxi *Launoij* opinionem, Eccleſiaſticam, & Laicalem poteſtatem inuertere. Diuino Iuri aduerſari, necnon merum, ſomnium eſſe, quod de Iure, vel de conſuetudine quoad inſtitutionem legum fidelium matrimonium impedientium, & dirimentium Laicis Principibus tribuit. Ad quod prius quam deueniam breuiter lationes præmitto, quibus communi omnium Theologorum Canoniſtarum, & Iuriſtarum voto Etherodoxis exceptis oculariter probatur ſolius Eccleſiæ eſſe ferre leges fidelium matrimonium impedientes, & dirimentes, nec non in illis diſpen-
155 ſare. Eſt Catholica fidei principium à quo ſine hæreſis nota declinare non poſſumus legitimum inter fideles matrimonij contractum nouæ legis Sacramentum eſſe à Chriſto Domino

inſti-

Digitized by Google

inſtitutum, adeò vt quodprimò inſtitutum in officium deinde ceſſit in remedium, celebrandum ſit vti Sacramentum, Chri-
156 ſtus enim vt notat *Sot. 4. diſt. 26. art. 2. quaſt. 2.* ſua præſentia nuptias honeſtare voluit, ne impoſterum nuptijs vinum deeſſet, hoc eſt amicitia & gaudium, cum ſine Dei gratia omnis humana neceſſitudo, veluti aqua frigeſcat, & langueat; conuerſionis enimaquæ in vinum miraculo, futura huius Sacramenti gratia deſignata extitit, coniugatos omnes admonens Deus ne matrimonialia fœdera in bonis caducis hoc eſt, in amplisdotibus, aut alijs formis, & cauſis conſtituerent, quæ facillimè dilabuntur, ſed in ſola virtute, quæ perpetuæ lætitiæ, & coniugalis amicitiæ eſt cuſtos.

157 Hinc neceſſariò dicendum ſequitur, quod poſtquam matrimonium eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti, inter illos apud quos Sacramenti rationem ſortitur illico, vtpoteres ſacra à laicali foro exemptum fuerit atque ideo exemptionem matrimonij à foro ſæculari non eſſe fundatam in reſeruatione Eccleſiæ, ſed Eccleſiæ reſeruationem innixam eſſe exemptioni, quæ de ſui natura rebus ſacris competit. Duo etenim ſunt quibus Orbis regitur, Sacra Pontificum poteſtas, & Impera-
158 toria Maieſtas. Sacræ Pontificum poteſtati diuinitus datum eſt de rebus ſacris independenter à quocunque diſponere, Imperatoriæ verò Maieſtati de rebus profanis cum ſubordinatione & dependentia à poteſtate Eccleſiaſtica, quoad aſſecutionem
159 finis ſupernaturalis, vt communiter notant Canoniſtæ *in cap. in memoria diſt. 19. in cap. paſtoralis de ſent. & re iud. in cap. Vnam Sanctam de maiorit. & obed. docet D. Thom. 2. ſent. diſt. 44.* vbi dicit
160 ſpiritualis poteſtati, ſæcularem poteſtatem in Papa coniungi, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet ſpiritualis ſcilicet, & ſæcularis hoc Deo diſponente, qui eſt Rex Regum, & Dominus
161 Dominantium. Vterque enim gladius à Deo datum eſt Eccleſiæ quin cum vterque male vſurpatus eſſet ab Ethnicis Principibus, ad quorum exempla recurrunt, Eccleſiaſticæ poteſtati infenſi, quaſi turpe factum adducere, ſingularem aliquam eſſet Diuinæ legis rationem allegare, vterque reſtitutum fuit, vt colligitur ex *Extrauag. Bonif. VIII. Vnam Sanctam de Maiorit.*
162 *& obed.* Nimis longum eſſet, & à propoſito Themate deuiarem ſi omnia hiſtorica documenta, Sacrorum Conciliorum Decreta, Theologorum, & Canoniſtarum inconcuſſas doctrinas, ipſorumque Neotericorum Iuris Conſultorum teſtimonia referre vellem, quibus conſtat de ſuprema Romani Pontificis Iuriſ-

dictione,

Digitized by Google

dictione,(vbi agitur de aſſecutione finis ſupernaturalis)in ipſiuſmet Imperatoris Perſonam. Qui Nouatorum calumnijs adherentes hanc Catholicamveritatem ab omnibus Orthodoxis ſcriptoribus communi voto receptam, ad quæſtionem deducere ſtudent attenta mente, & ſincero corde percurrant, quæ habentur in *cap. Alius* 15. *q.*6.*cap. grandi de ſupplend.negl.Prælat. c.Ego n. de iur. iurand.Clem.*1. *eodem tit.cap.Paſtoralis cap. ad Apoſtolicę de ſent.& re iudic. in* 6.*cap.Venerabilem de elect.*nec non *in lib.*2. *epiſt. Greg. II. epiſt.*12. & in *lib.*2. *Greg.VII. epiſt.*55 *lib.*7. *epiſt.* eiuſdem *epiſt.*13.*& lib.*8.*epiſt.dict.Greg.VII. epiſt.*21. Ac in *epiſt.* 216.*Ioan.VIII.& epiſt.*16.18.19.20.*Adrian.II.*Quod decretum habemus in Concil. Rom.III. celebrato Anno 1076. ſedente Greg. VII. in Concilio Romano VI. eodem ſedente Pontifice Anno 1080. celebrato. In Concil. Ludun.III.General.XIII. Anno 1245. ſedente Innoc.IV. celebrato & in Sac.Trid.Concil.ſeſſ.25. de reform.cap.2.ſeſſ.14.de Sacram.Pænit.cap.5. Quæ tradunt B. Pet. Dam. in Vit. S.Rumald. Baron. Spond. & omnes paſſim, tam ſacri, quàm profani Hiſtorici. Legant Romanorum Pontificum Conſtitutiones ſignanter Conſt. IV. Innoc.III. quæ incipit *Is Eccleſiam Conſtitut. V.* eiuſdem quæ incipit *Rex Regum. Conſt. VI.* eiuſdem quæ incipit. *Licet ante Conſt: VIII.* eiuſdem quæ incipit *Cum quanta & Conſt. II. Alex: VI.* quæ incipit. *Inter cætera* Quæ denique docent *Boet. Epiſc. de Regal. Petrus Barboſ. En los diſcurſos de la iuridica, y verdadera razon d'Eſtado p.* 1.*art.*2. *præſumpt.*6. *Barboſ. in Collect.ad cap.* 5. *de Sacram.Pænit. ſeſſ.* 14. *nu.* 20. Supremaque Romani Pontificis poteſtas apertè conuincitur ex tranſlatione Imperij facta à *Stefano II.* à Græcis in Carolū Magnum,qui à LeoneIII.poſtea coronatus fuit.Quod Ius tranſlationis Imperij, poteſtatem, & veritatem, pluribus Romanorum Pontificum atteſtationibus, & ipſorum Imperatorum confeſſionibus comprobat, à mendacijs, atque impoſturis *Matthiæ Flacci Illyrici* latiſſimè indicat *Cardin. Bellarm. Contr. tom* 1.*lib.* 1. *De tranſlat. Imper. à Græcis in Germ. per tot.*

Quodque in Papa ſit radicalis potentia vtriuſque gladij ſpiritualis nempe; & temporalis: Temporalis tamen exercitio Imperatori relicto; apertè conuincitur ex omnimoda, quam Papa
163. in Ius potiſsimum poteſtatem obtinet *cap.innotuit* vbi *DD.de Elect. cap. per Venerabilam, qui filij ſint legitimi, cap. propoſuit De conceſſ. Prebend. Magdalen. de nn. teſt. in teſtam. requiſ. par.*1. *cap.* 25. *sect.* Iuris enim poſitiui Conſtitutiones ad libitum tollere poteſt *Albert. de agnoſ. aſſert.q.*23.*à num.*30.*Dyoniſ. Paul.de ve-*

rit,

*rit.quat.Patriarch.ſed....cap.3.num.*54. Quod nedum procedit reſpectu Conſtitutionum Eccleſiaſticarum, ſed iuxtà inalterabilẽ
164 iuris obſeruantiam, quoad ipſas Conſtitutiones Imperiales, cui omnes leges Ciuiles quoad finem ſupernaturalem aſſequendum remanent ſubordinatæ *cap.Paſtoralis* vbi *DD.De ſent.& re iudic. cap. vnam Sanctam de maiorit. & obed.* Et de facto multa à Iure Ciuili Sancita per Ius Canonicum abſque vlla contradictione correcta, atque ſublata habemus, adeò vt vbi datur lex Eccleſiaſtica ſpecialiter corrigens vel abrogans, aliquam Ciuilem Conſtitutionem talis Conſtitutio, neque in Terris Imperij vel alijs in Catholicorũ Principum Ditionibus conſtitutis vllam vim legis habeant, de quibus multa habemus exempla quibus prætermiſſis ſermonem duntaxat perſtringere libet ad ſubiectam materiam, qua attenta patet nullas Ciuilium Magiſtra-
165 tuum leges fidelium matrimonia in ſubſtantialibus reſpicientes, validas eſſe, niſi probentur ab Eccleſia, reprobatas verò nullam vim legis habere. Lex enim Cæſarea, quæ viduis nu-
166 bentibus intra annum luctus infamiam irrogat, quod abrogata habeatur in *cap.cum ſecundum Apoſtolum. De ſecundis nuptijs*, apud Catholicos non attenditur, nulliuſque de facto infamiæ nota datur his qui intrà annum luctus ad ſecundas nuptias tranſeunt. Item quia in *cap.Quædam lex 35.q.2.per. Gregor.*1.
167 reiectæ habentur leges *Honorij & Iuſtiniani Impp.* valida in Conſobrinos matrimonia decernentes, nullius ſunt roboris, neque Catholicorum vllus ſine diſpenſatione Pontificia inter Conſobrinos matrimonium licitum aſſerere audet. Multa præfatis ſimilia in Iure Ciuili reperiuntur, de quibus ſuo loco dicitur, quæ non attenduntur ac ſi non emanaſſent, eo quod à Iure Canonico correcta reperiantur, vt ſingillatim obſeruant *Conradus Rittherſuſius indifferentijs Iuris Ciuilis, & Canon.lib.*11. *cap.*21.*& ſeq.& Emericus à Rosback, de comparat, Iur. Ciuil. & Canon.tit.*4.*num.*7.*& ſeqq.* licet vti hoſtes Romanæ Eccleſiæ in Pontificiam poteſtatem infenſi.

168 His ità præmiſſis à quorum veritate recedere eſt à via iuſtitiæ, & Catholicæ veritatis aberrare. Dico quod quamuis matrimoniũ, vti Ciuilis contractus, prius ſubiectum fuerit Ciuilibus legibus, quam Eccleſiaſticis; Hodie ideſt poſtquàm eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti vti res ſacra confeſtim deſijt eſſe fori laicalis, & natura ſua in Eccleſiaſticum tranſijt adeo vt Ciuiles leges de matrimonio loquentes, ſi ſermo ſit de matrimonio fidelium, & matrimonij eſſentialia reſpicientes etiam ab Eccle-

ſia non reprobatæ nullæ ſint, & tunc ſolum validæ cenſeri debeant, ſi ipſis Eccleſiæ approbatio accedat. Si vero loquamur de matrimonio Infidelium, quod non excedit fines ſimplicis contractus eiuſdem roboris eſſe aſſero, ac ſi matrimonium non eſſet eleuatum ad eſſe Sacramenti, cum in matrimonijs infidelium Sacramenti ratio conſiderari non poſſit.

Quoniam verò matrimonium, à matrimonio non diſtinguentes, ideſt non conſiderantes matrimonium quod non excedebat, vel excedit fines ſimplicis contractus diſtinctum à matrimonio, quatenus eſt Sacramentum, vel diſtinguentes in matrimonio quatenus Sacramentum eſt rationem contractus à ratione Sacramenti, aſſerunt quòd vti contractus ciuilis ita pendere debeat à legibus ſæcularium Priucipum, ſicut cæteri contractus, & actus ad comercium humanum ſpectantes atque ideò quod Sæculares Principes potuerint, & poſſint condere leges, certaſque, conditiones ſtatuere, & impedimenta etiam derimentia conſtituere, contra quæ matrimonium contractum nullum atque irritum ſit, cuius ſententiæ inter DD. Catholicos
169 alteros non inuenio præter *Petrum de Soto lect. 4. de matrim.* communiter in hoc à Theolog. reprobatum *Michael. Rabard. optat. Gall.* cuius doctrina à Sede Apoſtolica vti erronea damnata fuit & Apologetica diſceptatione reprobatur à *Diana Tract. 2. de Immunit.* Et *Io. Launoium* quiquæ *Rabard.* peperit oua excubare modo ſtudet, cuius falſas aſſertiones ſuiſmet verbis, & doctrinis in *cap. ſeq.* reijcio.

Quoniam inquam non diſtinguentes tempus à tempore, & conſequenter matrimonium à matrimonio, illa obliti iuris re-
170 gula, quod qui bene diſtinguit proximus eſt veritati ſequentibus argumentis innituntur, quorum primum ex hoc deſumẽ-
171 tes, quod matrimonium ſit contractus verè Ciuilis, cuius perfectio à conſenſu contrahentium pendet ipſum cõſequenter vti cæteros contractus politicæ, ſeu laicali iuriſdictioni ſubordinatum faciunt, aſſerentes quod etſi matrimonium ſit Sacramentum, non tamen deſinit eſſe contractus verè ciuilis, in hac parte, & hac ratione ciuilibus legibus ſubditum, quæ ſicut poſſunt ponere aliquam inhabilitatem reſpectu valoris alicuius cõtractus, V. G. declarando inhabiles ad contrahendum prodigos, & pupillos, ità ex eadem ratione poſſunt aliquos reddere inhabiles ad matrimonium contrahendum ideſt ad ſtipulaudum contractum matrimonij.

Alterum verò argumentum deſumentes ex aliquibus politi-
cis

Digitized by Google

cis *Honorij Theodoſij Iunioris ; Valeriani , Galieni Iuſtiniani* , & aliorum Imperatorum legibus , ſeu Regnorum Pràgmaticis aut ſtatutis , vel alijs laicalibus Sanctionibus apertè declarantibus , nuptias contra ipſorum præſcriptum celebratas nullas eſſe , neque vlla temporis longitudine vel continuatione conualeſcere , putant , & aſſerunt prædictas firmas , & validas eſſe , neque aliqua Sedis Apoſtolicæ confirmatione indigere .

Horum argumentorum vim & rationem perpendere opportunum duxi , antequam ad *Launoij* doctrinam reijciendam deſcendam , quæ his ipſis argumentis innixa eamdem cum ipſis fallaciam inuoluit.

172 Quod ergo ad primum argumentum attinet . Dico quod poſtquam legitimus matrimonij contractus ex Chriſti Domini inſtitutione eleuatus fuit ad eſſe Sacramenti illico natura ſua à
173 Ciuili foro exemptus remanſit , vti contigit in ipſis hominibus ciuilem Rempublicam conſtituentibus qui ſi fiant Clerici à ciuili foro confeſtim ſegregati conſiderantur , adeout ſeculares Principes Diuinam legem profitentes, nullam ſibi in ipſis iuriſ-
174 dictionem vindicent . Quod item patet in ædibus , vaſibus & veſtibus à fidelibus ad pium vſum , ſiue Sacrum Miniſterium oblatis , & Deo dicatis , quæ hoc ipſo à ſecularium poteſtatum diſpoſitione iuriſdictione,& exactione exempta remanent. Quare etſi fidelium matrimonium ſit contractus ciuilis nihilominus
175 cum veram Sacramenti rationem habeat dicendum neceſſario ſequitur in Eccleſiæ poteſtatem translatum fuiſſe , ad quam de Sacramentorum diſpoſitione , & adminiſtratione decernere pertinet . Aque ideo Ciuiles leges, aut ſæculares Principes quoad matrimonium , etiam quatenus eſt contractus cir-
176 ca eius ſubſtantialia , vel eius libertatem minuentia nihil ſtatuere poſſe , quod ne laicis Principibus ignotum eſſet , neue ſub titulo ciuilis contractus aliquid Iuris ſibi inpoſterum in matrimonium Fidelium vindicare auderent , Pontificia re-
177 ſeruatione hoc ipſis interdictum fuit; Et merito quia apud Chriſtianos quòad iudicia inſeparabilis eſt ratio matrimonij à ratione Sacramenti , adeò vt dici non poſſit; hic eſt legitimus inter fideles matrimonij contractus , quin etiam dicatur hoc
178 matrimonium eſt Sacramentum . Vnde ſequitur quòd ad forum , ad quem de Sacramentorum rebus , & doctrina cognitio
179 pertinet matrimonij etiam ſpectet contractus . Hinc etiam eſt quod matrimonij cauſa , quoad ea quæ neceſſario contractus rationem reſpiciunt , & ex illa proximè ſequuntur dicitur

Digitized by Google

ritur ſecundo Bonaçin. de matrim. 3. punct. 1. numer. 5. Rebellius part. 3. lib. 3. q. 1. Corneio in 3. part. tract. 6. de imped. matrim. diſp. 7. dub 3. Villalob. in ſum. tom. 1. tract. 4. diffic. 1. nu. 3. & 4. Celeſtinus in Compend. Theolog. moral. tract. 2. Becanus de Sacram. cap. 49. qu. 3. cum alijs, quos refert Diana tom. 9. tract. 2. de Immun. Eccleſ. reſol. 222. & 340. Omnes tamen rectè notant, & docent vſum huius poteſtatis eis ab Eccleſia interdictum, & Summis Pontificibus reſeruatum fuiſſe, adeò vt à Laicis Principibus in contrarium facta iure ſint irrita, & nulla, ne-
142 que in hoc audiendum Petrum Sotum lect. 4. de matrim. docentem oppoſitum aduertit Corneio d. 3. part. tract. 6. de imped. matrim. diſp. 7. dub. 3. citatus à Diana d. reſol. 222. & 340. vbi fa-
143 tuam reijcit opinionem Ioannis Præpoſiti, qui neſcio quo iure innixus in 3. part. D. Thom. qu. 7. de imped. matrim. dub. 1. nu. 1. circa finem, ait: *Princeps ſæcularis iuxta quoſdam poteſt impedimenta matrimonij conſtituere reſpectu fidelium ſibi ſubiectorum cum Eccleſia non videatur poſſe reſtringere eius poteſtatem, quippe qui non ſit Eccleſiæ ſubiectus.* Cuius aſſertio duos palpabiles errores includit, quorum primus eſt, quod Princeps Laicus poſſit impedimenta conſtituere reſpectu matrimonij, quod ab eius iuriſdictione vti res ſacra ſecluſum hi ſolum negare poſſunt, qui cum Luthero ſacramentum non eſſe ſentiunt, vt clare patebit, ex infra dicendis. Secundus, & hæreſi proximus error eſt, quod Princeps Laicus Eccleſiæ non ſit ſubiectus, quod licet iniuriſdictionalibus ab Ethærodoxis contendatur, tamen inter Orthodoxos
144 certi iuris eſt temporalem Rempublicam ſpirituali, & laicalem poteſtatem, Eccleſiaſticæ ſubditam eſſe in his, quæ cum ſpiritualibus ſunt coniuncta, & quæ ad finem ſpiritualem, ſeù ſu-
145 pernaturalem ordinantur; Vnde eſt in facultatibus poteſtatis ſpiritualis in rebus præfatis laicalem moderari, vt in terminis ciuilium legum matrimonij ſubſtantiam reſpicientium, & quibus olim matrimoniales cauſæ ſubijciebantur vno ore teſtantur cum Theologis Canoniſtæ communiter vti falſam, & improbabilem refellentes opinionem Petri Soto dicta lect. 4. de matrim. & reijcientes dictum Præpoſiti dict. qu. 7. dub. 1. num. 1. circa fin. quæ non ſolum reijciunt recentiores DD. ſupra citati, & quorum cathalogum recenſet Diana d. reſol. 222. Sed & contrarium docuere veteres inter quos D. Bonauentura in 4. diſt. 42. art. 2. qu. 2. Richard. art. 2. qu. 2. Palud. q. 1. art. 2.

146 Hinc idem met Sanchez dicto Tract. de matrim. lib. 7. diſp. 3. nu. 4. cuius verborum cortici inhærendo Launoius ipſum in-

ſuam

ſuam ſententiam trahere nititur; multorum quin communi DD. auctoritate concludit; hodie ſæculari Principi fideli non eſſe integrum aliquid diſponere circa matrimonia fidelium im-
147 pedienda, & dirimenda; quod ex directo *Launoius* integro ſuo Tract. impugnare ſtudens in duos graues errores impegit; quorum primus eſt quod fidelis Princeps natura ſuę poteſtatis fidelibus ſuis ſubditis matrimonij impedimenta, etiam dirimentia legibus indicere poſſit. Secundus quod Eccleſia hanc poteſtatatem ſæculari Principi vſurpauerit atque ideò infert vt ſignanter patet ex notat. in *cap. ſeq.* ad huc ſæcularem Principem leges matrimonium dirimentes inſtituere poſſe. Primi erroris defenſorem allegat cum alijs *Sanch. d. lib. 7. diſp.* 4. *num.* 2. Sed ſi attentè doctrinam DD. quos citat, & ſignanter *Sanch. d. diſp.* 3. *per tot. perpendiſſet in illos non incidiſſet. Hec enim ſunt verba Sanch. d. diſput.* 3. *num.* 4. *Hinc deducitur non*
148 *eſſe integrum hodie Principi Sæculari fideli diſponere aliquid circa matrimonia fidelium impedienda, aut diſſoluenda. Quoniam Pontifex hanc ſibi poteſtatem reſeruauit merito quidem. Quippe cum matrimonij contractus, hodie limites naturæ excedat, & ad eſſe ſupernaturale Sacramenti eleuatus ſit, dedecet vt tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineat.* Sic ergo, ſi eo quod contractus matrimonij naturę limites excedit, & eſt eleuatus ad eſſe ſupernaturale Sacramenti, dedecet vt tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineat, iam ſequitur Sanch. nunquam ſenſiſſe quod matrimonium fidelium, quod eſt inſeparabile ab eſſe Sacramenti, Ciuilibus legibus ſubiaceat.
149 Quod vero ſubdit; hanc poteſtatem negari ſæculari Principi non ex vi eius poteſtatis, ſed ratione huius reſeruationis: Ne dicamus *Sanch.* eodemmet verborum periodo ſibimet contrarium eſſe, intelligendum de poteſtate Principis ſæcularis in matrimonio in genere ſumpto, quaſi dicat *Sanch.* Sæcularis Princeps non ex vi ſuæ poteſtatis, non poteſt leges matrimonium impedientes, & dirimentes inſtituere, ſi conſideratur matrimoniū quatenus matrimonium eſt, ſed ex vi reſeruationis Eccleſiaſticæ qua Sacramentum eſt, quia eleuatus ad eſſe Sacramenti confeſtim reſeruatus ſua natura remanſit Iuri Eccleſiæ, & non niſi in his terminis loquuntur, & loqui poſſunt *Victoria, Enriq. Petr. de Ledeſma Bart. Ledeſma, & Ledeſma* 2. *p.* 4. *q.* 61. *art.* 2. *col.* 3. *verſ. ſed contra eſt à Sanch* citati, quos tamen *Launoius* non diſtinguens inter matrimonium, & & matrimonium in ſuam ſententiam pertrahit; vt ex not cap.

 ſeq.

Digitized by Google

ſeq. videre eſt. Tantumque abeſt, quod *Sanch.* Ciuilibus legibus aliquid iuris deferre intellexerit in Sacramentum ma-
150 trimonij; vt non audiendum dicat *Petr. de Sot. lect.4. de matrim. ad fin.* vbi ait leges Ciuiles ex pietate, & voluntate Principum in hac re ceſſiſſe Eccleſiæ non tamen propterea legi id auferendum eſſe; vt illegitimos aliquos reddere poſſit ad matrimonium ſecundum, vbi clare admittit hodie id poſſe Principem ſæcularem, nec poſſe Pontificem eam adimere facultatem, quod ne dum pugnat primis Catholicæ fidei principijs ſed vt notat *Sanch. dict. diſp.3. num.3.* eſt ab omni ratione alienum, vt clarius demonſtrabimus confutando in *cap. ſeqq.* aſ-
151 ſertiones *Launoij*. Hanc reſeruationem, indecorum, atque improprium agnoſcentes, Romani Pontifices quod tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineret, prout pertinebat cum non excedebat fines ſimplicis contractus, vel prout pertinet vbi fines contractus non excedit, vt patet in matrimonio Infidelium, varijs conſtitutionibus, Sacra verò Concilia multis editis Canonibus declarantur, vt patet *ex cap. Tuam de ordin. cognit. c. multorum* 55. 46. *c. Accedentibus de exceſſibus Prelatorum c. 2. de ſponſal. c. Euphemium* 2. *q.* 3. *Teſtantur ex Canoniſtis, & Iuriſtis Gl. fin. in c. ſi quis ingenuus* 29. 2. *q.* 2. *Ant. d.* 4. *de ſponſal. nu.* 12. *& c.* 2. *de deſponſ. Impub. Hoſt. in ſum. Tit. de ſecund. Nupt. in fin. Abb. repet. cap. Eccleſia de conſt. num.* 19 *& cap.* 1. *deſpon. num.* 9. *& ibi Alex. de Neuo Præp. Felin. Abb. in cap.* 1. *de cognat. Franc. cap. ſtatutum de hære in fin. Aſtenſ. ſum.* 2. *part. lib.* 8. *tit.* 19. *art.* 19. *Sylæ matrimon.* 8. *quæſt.* 8. *dict.* 1. *Tabiena verb. Impedimentum imped.* 6. *numer.* 1. *Turrecrem. cap.* 1. 30. *quæſt.* 3. *art* 6. *in ſolut. ad* 2. *numer.* 17 *Couarr.* 4. *decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *numer.* 16. *Gaeta repet. capitul. ad Limina* 30. *quæſtion.* 1. §. 4. *numer.* 230. *vſque ad* 304. *Brun. deſponſ. concluſ.* 19. *numer.* 1. *Peguera quæſt. Crimin. cap.* 42. *numer.* 2. *Zipeus Conſult. Canon. lib.* 3. *tit. deſponſ. & matrimon. conſ.* 2. *&* 16. *Calas de legibus diſput.* 9. *ſect.* 1. *numer.* 50. *Fragos. de Regim. Reipub. tom.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 4 *numer.* 299. *Iulius Carthar. deciſ.* 36. *numer.* 12. *Ciarlin. lib.* 1. *controu. capitul.* 104. *numer.* 28. *Theodor. Rem. Kingk tract. de Reg. ſæcul. & Eccleſ. lib.* 3. *claſſ.* 1. *capit.* 10. *numer.* 20. *& ſeqq. Thom. Michel. in concluſ. Theoricæ Practis de iuriſdict. concluſ.* 41. *Henricus Bocerus tract. de iuriſdict. cap.* 3. *numer.* 44. 45. 47. *&* 51. *Farinac. in Praxi Crimin. quæſt.* 8. *num.* 150. *Præpoſ. in* 3. *part. quæſt.* 3. *dub.* 5. *num.* 28. *Zipeus in iure nouo Pontif. lib.* 2. *tit. de form. compet. numer.* 9. *Barboſ. de pot. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 84. *num.* 4. *Fagnan. de Iuſt. mo-*

nit.

Digitized by Google

nit. Paul.V. fol.37. Vincent. Hercula in qu.3. gloſſ.optima in cap.1. in fin.3. qu.3. Alex. in l. ſi filius à Patre, ff. de lib. & Poſt. §. fin. Martha de Iuriſd. part.4. cent.1. caſ.70. nu.3. cum alijs ab ipſis plena manu relatis.

Ex Theolog. D.Thom. in 4. diſt.42. quæſt.2. art.2. ad 4. vbi D. Bonauen. art. 2. quæſt. 2. ad fin. Ricard. art. 2. quæſt. 2. in fin Paland. quæſt. 1. art. 2. concluſ. 7. num. 17. & diſt. 26. quæſt. 3. art. 3. num. 13. Maior. 4. diſt. 29. quæſt.2. concluſ. 1. in fin. Sot 4. diſt. 42. quæſt. 2. art. 2. ad 2. & ibi Ouand diſput. vnic. propoſ. 4. Cannedo Sum. Sacram de matrim. cap.6. Sanchez de matrim. lib.7. diſput. 3. num.1. 3. & 4 vbi recedit ab his quæ habet num. 2. Bellarm. lib.1. de matrim. cap.32. Vaſq. in 3. part. tom. 4. diſp.3. de matrim. diſput. 12. difficult. 12. num.7. Pont. de matrim. lib.6. cap. 1. num. 9. & cap. 2. num. 3. Auerſ. de Sacram. matrimon. quæſt. 9. ſect.2. & 3. Valentia in 3. part. tom.4. diſp.10. quæſt.5. punct. 1. Ruard. Tapper. in ſuis controuerſ. art. 20. Hurtad. de Sacram. Matrim. diſput. 12. diff. 12. Coninch. de Sacram. diſp.30. dub. 1. num.6. Filliuc. tom. 1. tract. 10. cap. 1. num. 4. Ianner. tom. 4. diſput.38. quæſt. 4. dub. 1. num. 16. & 17. Ochagauia de matrim. tract. quæſt. 31. num. 3. Chimerot. de Sacram. tract. 12. cap.5. dub.1. Kelliſon. in 3. part. tom. 2. quæſt.50. art. vnic. dub. vnic. Turrian. in ſum. part. 2. cap. 109. dub. 5. concluſ. 1. Silu. in 3. part. quæſt.50. art. vnic. concluſ. 6. Ludouic. S. Ioann. de Sacram. matrim. quæſt. 6. art. 1. dub. 1. Saymon. lib. 5. tract. 10. part.4. cap. 1. quæſt.1. Mercer. de Sacram. in ſupplem. quæſt. 50. verſ. quæritur ſecundo Bonac. de Matrim. quæſt. 3. præmit. 1. nu.5. Diana oper. coord. tom. 9. tract. 2. de Imm. reſol. 221. 222. 341. & 342 Corneyo in 3. part. tract. 6. de imped. matrim. diſput. 7. dub. 3. Villelob. in ſum. tom. 1. tract. 14. difficult. 11. num. 3. & 4 Becan. de Sacram. cap. 49. quæſt. 3. Ioan. Machad. de perfecto Confeſſ. tom. 1. lib.3. part. 1. tract. 5. docum. 2. num. 4. VVigers in 3. part. D.Thom. quæſt.50. art. vnic. Eſtiu. in 4. ſent. diſt. 34. §. 1. Moure in exam. Theol. moral part. 3. cap. 17 §. 1. num. 3. Boſſius de Matrim. cap. 1. §. 37. num 96. & cap. 11. §. 14. num. 209 Capſenſ. in curſu Theolog. tom. 2. tract. 26. diſp.9. ſect. 1. num. 4. Baun. in Theolog. Moral. part. 1. tract. 12 quæſt. vlt. aſſert. 3. Petr. à S. Ioſeph. in ſua Theolog. Sacram. cap. 28. reſol. 8. Ioan. Petit. in part. Sacrament. ſuæ Theolog. vniuerſal. tract. 8. lect. 3. Philipus Gamacheus Summ. Theolog. tom. 3. de Sacr. Matrim. cap. 15. cum alijs ſupra quod idem confirmant DD. ſupracitati, & alij propemodum infiniti ab ipſis relati, &

quot-

quotquot de hac materia pertractarunt Orthodoxi Scriptores præter vnum *Petrum de Sot. lect. 4. de matrim. ad fin.* in hac parte vna voce ab omnibus Theologis, & Canoniſtis reproba-
152 tum, cuius veſtigijs inhærens *Michael. Rabberdeus in ſuo libello inſcripto, Optatus Gallus, de cauendo ſchiſmate Typis edito Anno 1641. sect. 5. per totam, & indefenſione legum connubialium.* firmat ac docet Laicos Principes inducere poſſe impedimenta ſuorum ſubditorum matrimonium dirimentia. Qua-
153 decauſa & quod multa alia habeat contra Immunitatem Eccleſiaſticam, directe aduerſantia ſacrorum Conciliorum, & Canonum decretis, nec non ſententijs communiter receptis inter Doctores Catholicos, contra Etherodoxos, mordicus à reliquis Scriptoribus ſuæ doctiſſimæ & præſtantiſſime Religionis defenſas *Anno 1643. ſub. die 18. Martij, Edicto die 29. Aprilis* in locis publicis affixo, ſacra & vniuerſalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Congregatio peculiari Decreto *Rabardei* Doctrinam varijs Theologicis cenſuris qualificauit atque damnauit, & ſuper eius librum nigrum Theta impoſuit.

154 *Rabardei* aſſertiones, quoad leges matrimonium reſpicientes, reaſumpſit Anno præterito *Launoius* integrumque Tractatum edidit fallaci doctrina & eruditione refertum, quo firmat Regij, ſeu Laicalis iuris eſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, quod omnino reprobandum iuxta communem DD. ſententiam præſertim illorum, qui vti Sacræ Theologiæ Profeſſores in præclariſſimo Muſeo Subornico floruerunt, à quorum conſilio deuiauit *Launoius*. Vnde ex induſtria ſemper cum ſcriptoribus Gallis, ſuiſquemet verbis, & auctoritatibus *in cap. ſeqq. Launoi* ſententiam impugnabo, vt agnoſcant Orthodoxi, fateanturque ipſi Etherodoxi *Launoij* opinionem, Eccleſiaſticam, & Laicalem poteſtatem inuertere. Diuino Iuri aduerſari, necnon merum, ſomnium eſſe, quod de Iure, vel de conſuetudine quoad inſtitutionem legum fidelium matrimonium impedientium, & dirimentium Laicis Principibus tribuit. Ad quod prius quam deueniam breuiter lationes præmitto, quibus communi omnium Theologorum Canoniſtarum, & Iuriſtarum voto Etherodoxis exceptis ocularitet probatur ſolius Eccleſiæ eſſe ferre leges fidelium matrimonium impedientes, & dirimentes, nec non in illis diſpen-
155 ſare. Eſt Catholica fidei principium à quo ſine hæreſis nota declinare non poſſumus legitimum inter fideles matrimonij contractum nouæ legis Sacramentum eſſe à Chriſto Domino inſti-

inſtitutum, adeò vt quodprimò inſtitutum in officium deinde ceſſit in remedium, celebrandum ſit vti Sacramentum, Chri-
156 ſtus enim vt notat *Sot. 4. diſt. 26. art. 2. quaſt. 1.* ſua præſentia nuptias honeſtare voluit, ne impoſterum nuptijs vinum deeſſet, hoc eſt amicitia & gaudium, cum ſine Dei gratia omnis humana neceſſitudo, veluti aqua frigeſcat, & langueat; conuerſionis enimaquæ in vinum miraculo, futura huius Sacramenti gratia deſignata extitit, coniugatos omnes admonens Deus ne matrimonialia fœdera in bonis caducis hoc eſt, in amplisdotibus, aut alijs formis, & cauſis conſtituerent, quæ facillimè dilabuntur, ſed in ſola virtute, quæ perpetuæ lætitiæ, & coniugalis amicitiæ eſt cuſtos.

157 Hinc neceſſariò dicendum ſequitur, quod poſtquam matrimonium eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti, inter illos apud quos Sacramenti rationem ſortitur illico, vtpoteres ſacra à laicali foro exemptum fuerit atque ideo exemptionem matrimonij à foro ſæculari non eſſe fundatam in reſeruatione Eccleſiæ, ſed Eccleſiæ reſeruationem innixam eſſe exemptioni, quæ de ſui natura rebus ſacris competit. Duo etenim ſunt quibus Orbis regitur, Sacra Pontificum poteſtas, & Impera-
158 toria Maieſtas. Sacræ Pontificum poteſtati diuinitus datum eſt de rebus ſacris independenter à quocunque diſponere, Imperatoriæ verò Maieſtati de rebus profanis cum ſubordinatione & dependentia à poteſtate Eccleſiaſtica, quoad aſſecutionem
159 finis ſupernaturalis, vt communiter notant Canoniſtæ *in cap. in memoria diſt. 19. in cap. paſtoralis de ſent. & re iud. in cap. Vnam Sanctam de maiorit. & obed.* docet *D. Thom. 2. ſent. diſt.* 44. vbi dicit
160 ſpiritualí poteſtati, ſæcularem poteſtatem in Papa coniungi, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet ſpiritualis ſcilicet, & ſæcularis hoc Deo diſponente, qui eſt Rex Regum, & Dominus
161 Dominantium. Vterque enim gladius à Deo datum eſt Eccleſiæ quin cum vterque male vſurpatus eſſet ab Ethnicis Principibus, ad quorum exempla recurrunt, Eccleſiaſticæ poteſtati infenſi, quaſi turpe factum adducere, ſingularem aliquam eſſet Diuinæ legis rationem allegare, vterque reſtitutum fuit, vt colligitur ex *Extrauag. Bonif. VIII. Vnam Sanctam de Maiorit.*
162 *& obed.* Nimis longum eſſet, & à propoſito Themate deuiarem ſi omnia hiſtorica documenta, Sacrorum Conciliorum Decreta, Theologorum, & Canoniſtarum inconcuſſas doctrinas, ipſorumque Neotericorum Iuris Conſultorum teſtimonia referre vellem, quibus conſtat de ſuprema Romani Pontificis Iuriſdictione,

Digitized by Google

dictione,(vbi agitur de aſſecutione finis ſupernaturalis)in ipſiuſmet Imperatoris Perſonam. Qui Nouatorum calumnijs adherentes hanc Catholicamveritatem ab omnibus Orthodoxis ſcriptoribus communi voto receptam, ad quæſtionem deducere ſtudent attenta mente, & ſincero corde percurrant, quæ habentur in *cap. Alius* 15. *q.*6.*cap. grandi de ſupplend.negl.Prælat. c. Ego n. de iur. iurand.Clem.*1. *eodem tit.cap.Paſtoralis cap. ad Apoſtolicæ de ſent.& re iudic. in* 6.*cap.Venerabilem de elect.*nec non *in lib.*2. *epiſt. Greg. II. epiſt.*12. & in *lib.*1. *Greg.VII. epiſt.*55 *lib.*7. *epiſt.* eiuſdem *epiſt.*13.*& lib.*8.*epiſt.dict.Greg.VII. epiſt.*21. Ac in *epiſt.* 216.*Ioan.VIII.& epiſt.*16.18.19.20.*Adrian.II.*Quod decretum habemus in Concil. Rom.III. celebrato Anno 1076. ſedente Greg. VII. in Concilio Romano VI. eodem ſedente Pontifice Anno 1080. celebrato. In Concil. Ludun.III.General.XIII. Anno 1245. ſedente Innoc.IV. celebrato & in Sac.Trid.Concil.ſeſſ.25. de reform.cap.2.ſeſſ.14.de Sacram.Pænit.cap.5. Quæ tradunt B. Pet. Dam. in Vit. S.Rumald. Baron. Spond. & omnes paſſim, tam ſacri, quàm profani Hiſtorici. Legant Romanorum Pontificum Conſtitutiones ſignanter Conſt. IV. Innoc.III. quæ incipit *Is Eccleſiam Conſtitut. V.* eiuſdem quæ incipit *Rex Regum*. *Conſt. VI.* eiuſdem quæ incipit. *Licet ante Conſt: VIII.* eiuſdem quæ incipit *Cum quanta & Conſt. II. Alex: VI.* quæ incipit. *Inter cætera* Quæ denique docent *Boet. Epiſc. de Regal. Petrus Barboſ. En los diſcurſos de la iuridica, y verdadera razon d'Eſtado p.* 1.*art.*2. *præſumpt.*6. *Barboſ. in Collect.ad cap.* 5. *de Sacram.Pænit. ſeſſ.* 14. *nu.* 20. Supremaque Romani Pontificis poteſtas apertè conuincitur ex tranſlatione Imperij facta à *Stefano II.* à Græcis in Carolū Magnum,qui à LeoneIII.poſtea coronatus fuit.Quod Ius tranſlationis Imperij, poteſtatem, & veritatem, pluribus Romanorum Pontificum atteſtationibus, & ipſorum Imperatorum confeſſionibus comprobat, à mendacijs, atque impoſturis *Matthiæ Flacci Illyrici* latiſſimè indicat *Cardin. Bellarm. Contr. tom.* 1. *lib.* 1. *De tranſlat. Imper. à Græcis in Germ. per tot.*

Quodque in Papa ſit radicalis potentia vtriuſque gladii ſpiritualis nempe, & temporalis: Temporalis tamen exercitio Imperatori relicto; apertè conuincitur ex omnimoda, quam Papa
163. in Ius potiſsimum poteſtatem obtinet *cap.innotuit* vbi *DD.de Elect. cap. per Venerabilem, qui filij ſint legitimi, cap. propoſuit De conceſſ. Prebend. Magdalen. de nu. teſt. in teſtam. requiſ. par.*1. *cap.* 25. *sect.* Iuris enim poſitiui Conſtitutiones ad libitum tollere poteſt *Albert. de agnoſ. aſſert.q.*23.*à num.*30.*Dyoniſ. Paul.de ve-*

rit.

*rit.quat.Patriarch.ſed....cap.3.num.*54. Quod nedum procedit reſpectu Conſtitutionum Eccleſiaſticarum, ſed iuxtà inalterabilē
164 iuris obſeruantiam, quoad ipſas Conſtitutiones Imperiales, cui omnes leges Ciuiles quoad finem ſupernaturalem aſſequendum remanent ſubordinatæ *cap.Paſtoralis* vbi *DD.De ſent.& re iudic. cap. vnam Sanctam de maiorit. & obed.* Et de facto multa à Iure Ciuili Sancita per Ius Canonicum abſque vlla contradictione correcta, atque ſublata habemus, adeò vt vbi datur lex Eccleſiaſtica ſpecialiter corrigens vel abrogans, aliquam Ciuilem Conſtitutionem talis Conſtitutio, neque in Terris Imperij vel alijs in Catholicorū Principum Ditionibus conſtitutis vllam vim legis habeant, de quibus multa habemus exempla quibus prætermiſſis ſermonem duntaxat perſtringere libet ad ſubiectam materiam, qua attenta patet nullas Ciuilium Magiſtra-
165 tuum leges fidelium matrimonia in ſubſtantialibus reſpicientes, validas eſſe, niſi probentur ab Eccleſia, reprobatas verò nullam vim legis habere. Lex enim Cæſarea, quæ viduis nu-
166 bentibus intra annum luctus infamiam irrogat, quod abrogata habeatur in *cap.cum ſecundum Apoſtolum. De ſecundis nuptijs*, apud Catholicos non attenditur, nulliuſque de facto Infamiæ nota datur his qui intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſeunt. Item quia in *cap.Quædam lex* 35.*q.*2.*per. Gregor.*1.
167 reiectæ habentur leges *Honorij & Iuſtiniani Impp.* valida in Conſobrinos matrimonia decernentes, nullius ſunt roboris, neque Catholicorum vllus ſine diſpenſatione Pontificia inter Conſobrinos matrimonium licitum aſſerere audet. Multa præfatis ſimilia in Iure Ciuili reperiuntur, de quibus ſuo loco dicitur, quæ non attenduntur ac ſi non emanaſſent, eo quod à Iure Canonico correcta reperiantur, vt ſingillatim obſeruant *Conradus Ritterſuſius indifferentijs Iuris Ciuilis, & Canon.lib.*11. *cap.*21.*& ſeq.& Emericus à Rosback, de comparat, Iur. Ciuil. & Canon.tit.*4.*num.*7.*& ſeqq.* licet vti hoſtes Romanæ Eccleſiæ in Pontificiam poteſtatem infenſi.

168 His ità præmiſſis à quorum veritate recedere eſt à via iuſtitiæ, & Catholicæ veritatis aberrare. Dico quod quamuis matrimoniū, vti Ciuilis contractus, prius ſubiectum fuerit Ciuilibus legibus, quam Eccleſiaſticis; Hodie ideſt poſtquam eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti vti res ſacra confeſtim deſijt eſſe fori laicalis, & natura ſua in Eccleſiaſticum tranſijt adeo vt Ciuiles leges de matrimonio loquentes, ſi ſermo ſit de matrimonio fidelium, & matrimonij eſſentialia reſpicientes etiam ab Eccle-

Digitized by Google

ſia non reprobatæ nullæ ſint, & tunc ſolum validæ cenſeri debeant, ſi ipſis Eccleſiæ approbatio accedat. Si vero loquamur de matrimonio Infidelium, quod non excedit fines ſimplicis contractus eiuſdem roboris eſſe aſſero, ac ſi matrimonium non eſſet eleuatum ad eſſe Sacramenti, cum in matrimonijs infidelium Sacramenti ratio conſiderari non poſſit.

Quoniam verò matrimonium, à matrimonio non diſtinguentes, ideſt non conſiderantes matrimonium quod non excedebat, vel excedit fines ſimplicis contractus diſtinctum à matrimonio, quatenus eſt Sacramentum, vel diſtinguentes in matrimonio quatenus Sacramentum eſt rationem contractus à ratione Sacramenti, aſſerunt quòd vti contractus ciuilis ita pendere debeat à legibus ſæcularium Priucipum, ſicut cæteri contractus, & actus ad comercium humanum ſpectantes atque ideò quod Sæculares Principes potuerint, & poſſint condere leges, certaſque, conditiones ſtatuere, & impedimenta etiam derimentia conſtituere, contra quæ matrimonium contractum nullum atque irritum ſit, cuius ſententiæ inter DD. Catholicos
169 alteros non inuenio præter *Petrum de Soto lect. 4. de matrim.* communiter in hoc à Theolog. reprobatum *Michael. Rabard. optat. Gall.* cuius doctrina à Sede Apoſtolica vti erronea damnata fuit & Apologetica diſceptatione reprobatur à *Diana Tract. 2. de Immunit.* Et *Io. Launoium* quiquæ *Rabard.* peperit oua excubare modo ſtudet, cuius falſas aſſertiones ſuiſmet verbis, & doctrinis in *cap. ſeq.* reijcio.

Quoniam inquam non diſtinguentes tempus à tempore, & conſequenter matrimonium à matrimonio, illa obliti iuris re-
170 gula, quod qui bene diſtinguit proximus eſt veritati ſequentibus argumentis innituntur, quorum primum ex hoc deſumē-
171 tes, quod matrimonium ſit contractus verè Ciuilis, cuius perfectio à conſenſu contrahentium pendet ipſum cōſequenter vti cæteros contractus politicæ, ſeu laicali iuriſdictioni ſubordinatum faciunt, aſſerentes quod etſi matrimonium ſit Sacramentum, non tamen deſinit eſſe contractus verè ciuilis, in hac parte, & hac ratione ciuilibus legibus ſubditum, quæ ſicut poſſunt ponere aliquam inhabilitatem reſpectu valoris alicuius cōtractus, V.G. declarando inhabiles ad contrahendum prodigos, & pupillos, ità ex eadem ratione poſſunt aliquos reddere inhabiles ad matrimonium contrahendum ideſt ad ſtipulaudum contractum matrimonij.

Alterum verò argumentum deſumentes ex aliquibus politicis

cis *Honorij Theodoſij Iunioris*, *Valeriani*, *Galieni Iuſtiniani*, & aliorum Imperatorum legibus, ſeu Regnorum Pragmaticis aut ſtatutis, vel alijs laicalibus Sanctionibus apertè declarantibus, nuptias contra ipſorum præſcriptum celebratas nullas eſſe, neque vlla temporis longitudine vel continuatione conualeſcere, putant, & aſſerunt prædictas firmas, & validas eſſe, neque aliqua Sedis Apoſtolicæ confirmatione indigere.

Horum argumentorum vim & rationem perpendere opportunum duxi, antequam ad *Launoij* doctrinam reijciendam deſcendam, quæ his ipſis argumentis innixa eamdem cum ipſis fallaciam inuoluit.

172 Quod ergo ad primum argumentum attinet. Dico quod poſtquam legitimus matrimonij contractus ex Chriſti Domini inſtitutione eleuatus fuit ad eſſe Sacramenti illico natura ſua à
173 Ciuili foro exemptus remanſit, vti contigit in ipſis hominibus ciuilem Rempublicam conſtituentibus qui ſi fiant Clerici à ciuili foro confeſtim ſegregati conſiderantur, adeout ſeculares Principes Diuinam legem profitentes, nullam ſibi in ipſis iuriſ-
174 dictionem vindicent. Quod item patet in, ædibus, vaſibus & veſtibus à fidelibus ad pium vſum, ſiue Sacrum Miniſterium oblatis, & Deo dicatis, quæ hoc ipſo à ſecularium poteſtatum diſpoſitione iuriſdictione,& exactione exempta remanent. Quare etſi fidelium matrimonium ſit contractus ciuilis nihilominus
175 cum veram Sacramenti rationem habeat dicendum neceſſario ſequitur in Eccleſiæ poteſtatem translatum fuiſſe, ad quam de Sacramentorum diſpoſitione, & adminiſtratione decernere pertinet. Aque ideo Ciuiles leges, aut ſæculares Principes quoad matrimonium, etiam quatenus eſt contractus cir-
176 ca eius ſubſtantialia, vel eius libertatem minuentia nihil ſtatuere poſſe, quod ne laicis Principibus ignotum eſſet, neue ſub titulo ciuilis contractus aliquid Iuris ſibi inpoſterum in matrimonium Fidelium vindicare auderent, Pontificia re-
177 ſeruatione hoc ipſis interdictum fuit; Et merito quia apud Chriſtianos quòad iudicia inſeparabilis eſt ratio matrimonij à ratione Sacramenti, adeò vt dici non poſſit; hic eſt legitimus inter fideles matrimonij contractus, quin etiam dicatur hoc
178 matrimonium eſt Sacramentum. Vnde ſequitur quòd ad forum, ad quem de Sacramentorum rebus, & doctrina cognitio
179 pertinet matrimonij etiam ſpectet contractus. Hinc etiam eſt quod matrimonij cauſa, quoad ea quæ neceſſario contractus rationem reſpiciunt, & ex illa proximè ſequuntur dicitur

Digitized by Google

Eccleſiaſtica ; vt patet ex litera *text.in cap. Tuam de ordin.cognit.* & vno ore hic fatentur *Canoniſtæ*, nec non vna voce docent *Theologi* communiter aſſerentes, cauſæ matrimonialis deciſionem ad Eccleſiæ forum pertinere, Quinimo ipſimet Hæretici coram Iudicibus Eccleſiaſticis, cauſas matrimoniales tractandas eſſe concedunt, quamuis quatenus eſt etiam ciuilis contractus, malè & falsò aſſerant etiam ſimul ad laicos Iudices pertinere, vt colligi poteſt ex his quæ habet *Io. Harpprechtus in Iuſtin. Inſt. tom.* 1.*tit. de Patr.pot.*§.230.*num.*28. quamuis alias perfidus Hæreticus *n.*63. inuehatur in Summos Pontifices, qui matrimoniales cauſas, ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos tranſtulerunt. Patet etiam ex his, quæ tradunt eiuſdem cum *Happrechto* farinæ homines *Frider. Mindanus de Proceſſ.lib.*1.*cap.*10.*nu.*2.*&* 3.*Sigiſ.Ficheltaud.tract.de Iur' patron. cap.*4. *num.*16. & alij pænes ipſum.

180 Dixi cauſas matrimoniales eſſe Eccleſiaſticas, quo ad ea quæ neceſſario reſpiciunt rationem matrimonij prout eſt legitimus contractus inter fideles, atque ideo Sacramentum. Diſtinguenda enim ſunt ea, quæ huic contractui intrinſecè perti-
181 nent, ab his, quæ ſunt illi extrinſeca. Sunt enim intrinſeca matrimonio, ideſt ad eius eſſentiam pertinent firmitas contractus, perſonarum legitimatio, prolis conditio legitima vel illegitima, & diuortium & in hac parte cauſæ matrimoniales non niſi in foro Eccleſiaſtico tractari poſſunt. Sunt extrinſeca matrimonio cauſa dotis, donationis propter nuptias hæreditatis quarti dotalis, & aliæ huiuſmodi, quæ ſua ratione cum ſint laicales ſæculari iudici relinquuntur quamuis etiam aliquando à Iudicibus Eccleſiaſticis cognoſcantur.

182 Dico igitur ſæcularē Principem vi ſuæ iuriſdictionis, & officij legem aliquam inſtituere non poſſe matrimonia fidelium percutientem, & matrimonij libertatem directè vel indirectè impedientem, atque ideo non poſſe ſtatuere impedimenta, nedum dirimentia, ſed ſimpliciter etiam impedientia. Quod enim materia matrimonij etiam quatenus Sacramentum eſt, ſit contractus ciuilis hoc non ſufficit vt ſæcularis Princeps leges condere poſſit ad matrimonij ſubſtantiam pertinentes; nam ex eo quod ea materia per Chriſtum eleuata fuit ad eſſe Sacramenti illicò extra iuriſdictionem & ſecularem poteſtatem tranſijt vt optimè notat *Pont.de matrim.lib.*6.*cap.*2.*num.*3. pluribus eruditè docent *Vaſqu.in* 3.*part.tom.*4.*diſp.*3. *de matrim. cap.*5.*n.*67. *Hurtad.de matrim.diſp.*12.*difficult.*12.*num.*7. *Auerſ. de Sacram. Ordin.*

& ma-

& matrim.q.9.lect.2. cum alijs ab ipſis relatis, aſſerentibus ex inſtitutione ipſa Sacramenti matrimonij hanc poteſtatem Principibus ſublatam fuiſſe.

183 Neque obſtat dicere quod licet matrimonium ſit Sacramẽtum, nihilominus quia ſimul retinet eſſe contractus, quatenus contractus eſt ciuilibus legibus adhuc ſubordinatum remaneat. Hoc enim argumentum nihil probat, & apertam fallaciam inuoluit cum matrimonium retineat quidem eſſe contractus, ſed cum qualitate, & eſſentiali mutatione ab eo quo contractus erat antequam eleuaretur ad eſſe Sacramenti; Nam *vt ex Pontio, & Hurtado* optimè concludit, *Diana de Immunit. Tract. 2. reſol. 222. in fin. num. 2.* matrimonij contractus in baptizatis, ex Chriſti inſtitutione ciuilis, & ſæcularis eſſe definit, & vtpotè Sacer conſequenter definit eſſe ſubditus poteſtati Ciuili, ẽiũ ſæculari quæ ad res ſacras iuriſdictionis defectu non extenditur. Quin imò etiam conceſſo quodmateria Sacramenti matrimonij ſit contractus merè ciuilis nihilominus vt ingenioſè docet inter ſapientiſſimos Galliæ Theologos; eruditiſſimus *Gamacheus* Sorbonæ Sydus clariſſimum in *Sum. Theol. tom. 3. de Sacram. Matrim. cap.* 15. cum matrimonium inter Chriſtianos ſit formaliter, & eſſentialiter aliquid Eccleſiaſticum propter adiunctam, & inſeparabilem rationem Sacramenti; Itaut non ſit verum matri-
184 monium quin ſimul ſit verum Sacramentum, de Sacramentis agere eſt ſolius Eccleſiæ; Vbi & aduertit peſſimè ſemper ceſſiſſe Principibus, quando ſacris ſe immiſcere voluerunt.

185 Ex hoc verò, quod materia Sacramenti matrimonij ſit contractus non bene ſequitur, ergo ex hac ratione ſæcularis Princeps ferre poteſt leges matrimonij contractum impedientes, & dirimentes. Nam vt patet ex ſupra deductis, ex quo materia Sacramenti matrimonij per Chriſtum ſacra facta eſt, extra ſæcularis Principis poteſtatem, & iuriſdictionem tranſijt; prout ſequitur de perſonis Eccleſiaſticis, & bonis Deo dicatis; Nam licet homo naſcatur cum ſubordinatione ad Ius Ciuile, & ſimpliciter conſideratus ſit materia iuriſdictioni ſæculari ſubiecta Bona etiam, nimirum prædia & Domus, Iura, & Actiones ſuî natura ad ſæcularem iuriſdictionem pertineant. Attamen homo per ordinationem, ita à dominio ſæcularis Principis extrahitur, vt nullam poſt ordinationem, neque in perſonam, neque in eius bona, iuriſdictionem habeat. Similiter bona, & prædia poſtquam donatione, vel alio titulo ſacra, aut Eccleſiaſtica facta ſunt, illicò à iuriſdictione ſæculari declinant adeò vt nul-

nullam ſæcularis Princeps in ipſis iuriſdictionem ſibi vindicat; & iure tàm Diuino, quàm Humano ſiue Canonico, ſiue Ciuili ſibi vindicare valeat, vt ad literam patet *ex Geneſ. cap. 47. c. clericis 3. de Immunit. Eccl. in 6. Clem. præſenti de cenſ. & exact. ex l. placuit C. de ſacroſanct. Eccleſ. ex cap. non minus de Immunit. Eccl.* vbi latè Fagn. & vna voce cum *Theologis* affirmant *Canoniſtæ* quorum nomina referre, eſſet Doctorum Elenichũ ad volumen protrahere. A pari ergo poſtquam matrimonio acceſſit Sacramenti ratio à ſæculari iuriſdictione exemptum remanſit vt præter *Pont. Couar. & alios* ſupra relatos docet *Hurtad. de matrim. diſput. 12. diffic. 12. num. 7.* vbi & ſuam ſententiam multorum auctoritate confirmat.

185 Quin imò neque circa acceſſoria matrimonij, quatenus Sacramentum eſt, ſæcularis Princeps poteſtatis defectu legem aliquam conſtituere poteſt, quoties tali acceſſorio impeditur principale vt bene aduertit *Pont. de matrim. lib. 7. cap. 2. nu. 4.* qui licet poſtea ſubdat laicorum leges, quæ pœnis conſtitutis Eccleſiaſticas prohibitiones adiuuant, circa matrimonium eſſe validas. Hoc tamen nonniſi intelligi poteſt de legibus Eccleſiaſticis, quarum prohibitio adhuc perſiſtat vt in terminis docet *Bellet. diſquiſ. Cler. par. 1. tit. de exempt. Cler. à ſtat. ſecul. §. 4. nu. 47.* Aduertit. *Dian. de Immun. tract. 2. reſol. 226. in fin.* ibi *laici enim vt dictum eſt nihil poſſunt ſtatuere quod matrimonij liberum conſenſum impediat, etiam circa accidentia ipſi matrimonio.*

186 Et quidem cum Fidelium matrimonijs, vt cum communi Theolorum docet *Gamacheus Sum. Theol. tom. 3. de matrim. c. 15.* ratio legitimi contractus conſiderari non poſſit diſtincta à ratione Sacramenti. Quia ratio Sacramenti eſt ei eſſentialiter, & inſeparabiliter adiuncta, ſi admittatur matrimonium eſſe Sacramentum illicò conſequenter fatetur eſſe quid à laicali iuriſdictione diſtinctum, & exemptum à poteſtate ſæculari; Implicat
187 enim in terminis dicere, eſt res ſacra, & ſimul ſæculari iuriſdictioni ſubiecta. Quæ aſſertio cum ſit Catholica maiori pro-
188 batione non indiget. Si verò negetur fidelium matrimonium Sacramentum eſſe, quod Lutherani ſentiunt, vtque de huius erroris falſitate, & impietate conſtet; Lutheri dogma eſſe, dicere ſufficiat, licet non huius ipſe verè ſit Auctor, ſed vt notat
189 *Guido Carmelita* ab Armenis venerit. Nõ eſt cur altius loquar, qui etenim hoc contra fidem directè credunt, non mirum ſi, & quod minus, & alia Eccleſiæ inſtituta negent. Quinimò non
190 aliter dici poteſt Ciuilis Iuris eſſe conſtituere impedimenta-

ma-

matrimonium dirimentia, quam ſi dicatur matrimonium non eſſe Sacramentum. Fundamentum enim quibus innititur Catholica omnium *Canoniſtarum Theologorum, & DD.* Sententia, aſſerentium legitimum matrimonij contractum inter fideles, quem ante nouæ legis inſtitutionem ad ſæcularem poteſtatem ſpectaſſe, in quæſtione non reuocant, Euangelica vero lege promulgata, ſolius Eccleſiaſtici Iuris eſſe affirmant, in hoc conſiſtit, quod à Chriſto Domino eleuatum fuerit ad rationem Sa-
191 cramenti. Hinc originem habuerunt leges declarantes, quod matrimonij contractus ad illum forum ſpectet, ad quod de Sacramentorum rebus, atque doctrina cognitio pertinet. Vt quæ ſæculares Principes rem olim ſuæ iuriſdictionis ſacram factam, atque ideò ab eorum poteſtate exemptam, vti talem agnoſcerent, promanarunt Eccleſiaſticæ Conſtitutiones decernentes ſolius iuris Eccleſiaſtici eſſe de matrimonio iudicare, quibus fidelibus Principibus vſus poteſtatis in fidelium matrimonijs interdictus & Eccleſiæ reſeruatus remanſit. Hæc autem ad literam probant decreta in *Concilio Leptinenſi c. 3.* quod Concilium fuit Prouinciale *anno* 743. ſedente *Zacharia Papa* celebratum in *Concilio Lateranenſi* III. *cap. 4. Append. Qui filij ſint legitimi*, quod Concilium fuit Generale *Anno* 1180. ſedente *Alexandro III.* 300. *Epiſcoporum* præſentia celebratum. *In Concilio Colonienſi* III. *cap. 3.* quod Concilium fuit Prouinciale *Anno* 1549. ſedente *Paulo III.* celebratum. Nec non, quæ habentur in *cap. Ephæmium 2. q. 3.* cuius verba deſumpta fuerunt ex *lib. 4. epiſt. 50. D, Gregor. cap. multorum 35. q. 6, in cap. Tuam de ord. cognit.* cuius verba deſumpta fuernnt ex *Epiſt. Honor. III. Ludonico Regi Francorum.* In *cap. Accedentibus de Exceſſibus Prælatorum* cuius verba fuerunt deſumpta ex *decretis Innoc. III. In Concil Generali* nec non *in cap. de Francia de Sponſ. & Matrim.* cuius verba deſumpta fuerunt ex decretis *Triburienſis Concilij cap. 1. in fin. de conſang. & affinit. cap. auditis de preſcript.* Docent communiter Canoniſtæ in *Comment. ad d. cap. Tuam ad cap. Accedentibus & ad cap de Francia.* Quos pleno calamo colligit *Barboſ. in ſuis collect.* quibus adde eruditiſſimos noſtrorum Temporum Scriptores *R.P.D. Proſperum Fagnanum in ſuis Comment. ad 5. Decret. Libr. Reuerendiſſimum P & Sapientiſſimum inter eruditiſſimos Romanæ Curiæ Viros, Romani Lycei Sydus Lucidiſſimum & mihi amiciſſimum P. Brancatum Laurea in ſuo Epitome Canonum verb. Matrimonium. Gonzalez in Comment. ad 5. Decretal. lib.* Omnemque hæſitandi vmbram de medio tollit decretum Sacri Triden-

Digitized by Google

192 dentini Concilij *Seſs.24.can.12.*ibi *Si quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos Anathemaſit. Vide Zerol.in prax.p.1.verb.matrimonium* §.6.*Mart.de Iuriſd. p.2. c.8. Molſeſ.in Summ.Theol.Moral.tract.4.cap.5.num.16.& cap.16.nu.12. Bellarm. contr. lib.1. de matr. cap.32. Barboſ.collect.in Concil. Trid ſeſſ.24. de reform. matr. cap.20.num.47.verb. Ad hæc cauſæ matrimoniales.*

Et quidem ex diſpoſitione *Sac.Trid.Concil.dicta ſeſſ. 24. c.20. verſ.ad hæc cauſæ matrimoniales* non ſolum conſtat inſtituere le-
193 ges matrimonium reſpicientes Eccleſiæ reſeruatum eſſe, & cauſarum matrimonialium cognitionem ad forum Eccleſiaſticum duntaxat pertinere, ſed cum matrimoniales cauſæ ſint de arduis, vt notat *Abb. in cap. Mulieri de Iur.Iuran.Sbroz.de Vicar. Epiſc. lib.2.q.44.num.4.* ad ſolos Epiſcopos & non ad alios Prælatos inferiores;Nam etſi matrimonium ſit contractus,quia tamen ſimul eſt Sacramentum, Epiſcopis tantum de eo cognoſcendi poteſtas conceditur vt probat *Text. in cap. 1. 33.q. 2. in cap.multorum 35. q.6.in cap.auditis de præſcript.in cap.accedentibus de exceſſ Prelat.in cap prelatum cap.lator,qui fil.ſint legitimi c.commiſſum cap. requiſiuit cap. ex literis de ſponſ.cap.tuam de ord. cogn.*

Decreuit *Trid,dicta ſeſſ.24.cap.20.* Par enim,iuſtumque Sanctiſſimi Patres in Veterum Sacrorum Canonum confirmationem exiſtimarunt, tam ſublimi Saoramento ſuperiores etiam omnium totius Orbis Iudices tribuere vt plena manu tradunt, & reſoluunt *Couar.de ſponſ p.2.c.8.§.12.nu.1.Sbroz.de Vic.Epiſc. lib.2.q.45.Gutier.pract.lib.3.q.26.num.1.Soar.de Paz. pract. tit.2. præl.1. num.1. & 8. Greg. Lop.l.7. verb. Alos Obiſpos tit.10. p.4. Franc.Leo Theſ.for.Eccleſ.p.2.cap.9.num.6 Fuſch. de Vint. l.2. c. 11. num.9. Sanch.de Matrim.lib.3.diſp.29.num.17. Ricc prax.Rerum for.Eccleſ.in prima edit,dec.245.in 2.edit.reſol.215. & p.4.reſol.268.Franc.Molin.de Ritu nupt.lib.2.differt.10. num.14.Seraph. dec.765.Rota apud Tambur.de Iur.Abb.tom.3.dec.39.& 41.Barb. de offic.& pot Epiſc.alleg.84.per tot.& in Collect.ad Concil. Trid. dicta ſeſſ 24.cap.20. num.47. & ſeqq.* vbi expreſſis declarationi-
194 bus *Sac.Cong.* notat, qui vti habentes Iuriſdictionem ordinariam, non ſunt comprehenſi in diſpoſitione *Conc. Trid.* ad ſolos Epiſcopos cauſas matrimoniales reſeruante, quas Romanam Curiam aliis, quam Epiſcopis de ſtylo committere non conſueuiſſe teſtantur plures citati à *Rendina in prompt.recep.ſent. tit.72.num.6.*

195 Hinc DD. communiter aſſerunt, & docent quæſtiones omnes

reſpi-

Digitized by Google

reſpicientes ſubſtantialia matrimonij priuatiue ad forum Ecclesiaſticum pertinere. Quod etiã fatentur, quos propriæ Aſſertiones, Eccleſiaſticis Conſtitutionibus contrariæ Pontificiæ auctoritati, & Eccleſiaſticæ Immunitati infenſos demonſtrant vt *Theod. Reinkingk. tract. de reg. ſæcul & Eccleſ. lib. 3. Claſſ. 1. cap. 10. num. 20. & ſeq. Thom. Michael. in concluſ. Theorice Pract. de iuriſd. concl. 41. Henric. Bocer. tract. de Iuriſd cap. 3. num. 44. Quin imò ipſe Bocerus num. 45. & 51. Farinac. prax. Crim. q. 8. num. 150. Præpoſ. in 3. part. q. 3. dub. 5. num. 28. Zipeus in iure nouo Pontificio lib. 2. tit. de for. compet. num. 9.* & alij communiter, ad excludendam quæſtio-
196 nem quam non leuis momenti fateor inter DD. qui licet vt teſtatur *Fach contr. Iur. lib. 1. cap. 44.* inter ſe conueniant Sæcularem Iudicem de cauſa ſpirituali, vbi agitur de quæſtione Iuris, quamuis quæſtio ſit incidens, vel emergens, cognoſcere, & pronunciare non poſſe. Vtrum tamen cognoſcere poſſit, de ipſo facto, puta an matrimonium de facto contractum fuerit inter perſonas de facto habiles ad contrahendum, vel an contractus cum debitis ſolemnitatibus celebratus fuerit, non eſt eadem omnium ſententia. Licitum enim ſæculari Iudici de ipſo facto cognoſcere affirmant *Bart. ad l. quoties C. de Iud. & ad l. Titia ff. ſolut. matrim.* & ibi etiam *Alex. & Couar.* qui alios commemorat *in Epitom de ſponſal p. 2. cap. 8. §. 12. num. 3.*

Fundamentum eſt quod cauſa facti ſit merè profana. Illicitum vero aſſerunt *Bald. ad l. quoties & ad l. omni nouatione C. de Sacroſ. Eccleſ. Imol. in l. Titia ff. ſolut. matrim. & in cap. Cum ſit generale de foro compet. Lapp. alleg. 55. Fachin contr. lib. 1. dicto c. 44. §. cæterum* vbi probat & docet quod licet quæſtio de re ſpirituali conſiſtat in facto, negari tamen non poteſt, quod tale factum ſit rei ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ, de qua Iudex Laicus nullo modo cognoſcere poteſt. Ipſe inquam *Bocer.* cum *Farinac. Prepoſ. Zipeo, & alijs,* diſputationibus in hac parte viam præcludunt cum fateantur quæſtiones omnes de Impedimentis matrimonij de eius validitate, vel inualiditate, necnon an matrimonium fuerit legitimè contractum, vti ſpectantes ad matrimonij ſubſtantiam eſſe quæſtiones Iuris. Vnde neceſſario dicendum ſequitur, eorum cognitionem quæ matrimonij eſſentialia reſpiciunt priuatiuè ad Eccleſiaſticos Iudices pertinere, quicquid aſſerat *Launoius.* Quare optime *Bocer. loc. cit. nu.* 47. abſolutè aſſerit om-
197 nem de matrimonio, vel contrahendo, vel diſtrahendo quæſtionem ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinere.

198 Quod idem docet & probat *Fachin. loc. cit. c. 44. verſ. ad Ar-*

gumentum vbi abſolutè negat, quæſtionem facti de re ſpirituali eſſe merè profanam. Quin affirmat, quod etiam dato, quod profana eſſet, cum rem ſpiritualem attingat, & circa rem ſpiritualem verſetur, & de ea cognoſcendum ſit inordine ad rem, & cauſam ſpiritualem, tota res à Iudice Eccleſiaſtico eſt decidenda. Et quidem ſi Iudex Laicus cognoſceret de quæſtione facti, Iudex verò Eccleſiaſticus de quæſtione Iuris hoc eſſet diuidere continentiam vnius cauſæ contra diſpoſitionem *Text.in l.nulli C.de Iudic.* Nec non diuerſis proceſſibus negotium intri-
199 care vt in ſimili colligitur *ex cap.Tuam de ord.cognit.* Patet, ac confirmantur prædicta ex his,quę habentur *in cap. ſi Iudex laicus. de ſent. excom. in* 6. Vbi dicitur quęſtionem illam. An aliquis ſit Clericus, quę tamen facti eſſe videtur,examinandam, & definiendam eſſe à Iudice Eccleſiaſtico. Prędicta verò tam
200 communiter nedum à Canoniſtis, ſed & ab ipſis Neotericis Iuriſtis ſine contradictione recepta habentur, vt licet non deſint inter DD. qui improbabiliter tamen aſſerunt, cauſam meram poſſeſſoriam beneficiorum, decimarum, oblationum, & ſimilium, tanquam aliquid profanum, & quid facti cognoſci poſſe à Iudice Laico; Hoc tamen dicere non audent de poſſeſſorio matrimonij. Adeò vt ex Neotericis Iuriſconſultis ſolus *Theſaurus dec.*117.pro Iudice laico in Senatu Pedemontano deciſum dicat. Malè verò, & contra iuriſdictionem, Eccleſiaſti-
201 cam fateri ſimul debuiſſet. Quia matrimonialis poſſeſſoria ad mixtam ſimul habet cauſam & titulum ſpiritualitatis,vnde ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos pertinet, vt in terminis probat *Mol.de rit.nup.lib.2.diſſ.*10.& ſeq.*Barb.de poteſt.Epiſ.p.*3.*Allegat:* 83. *num.*14. vbi plures Doctores adducit. Deciſum fuit *coram Merlino in Rauennat. Emphiteuſis die* 28. *Maij* 1631. Vnde faten-
202 dum ſequitur contra *Launoium*. Cauſas matrimoniales, ideſt leges, & Iudicia matrimonij ſubſtantialia, & eſſentiam reſpicientia ad Eccleſię forum priuatiuè,abſolutè, & abſque vlla diſtinctione ità pertinere, vt neque Laici Iudices de cauſa matrimonij, ſeù natalium etiam ſummariè cognoſcere poſſint, *vt poſt Ioan. Andr. in Addit. ad ſpecul.tit. Qui fil.ſint legit.*§.1.*verſ. competit.* Docet *Dec.in cap.*2.*de iudic.num.*29.*verſ.tertio fallit.* Fa-
203 cit. *Text. in clem. diſpendioſam de Iudic.* Vbi inter cauſas ſpirituales numerantur matrimoniales; Quod & ipſi hæretici agnoſcentes, non negant cauſas matrimoniales coram Iudicibus Eccleſiaſticis tractandas eſſe, ſed vt ſimul hæreticorum morem gerant quatenus matrimonium eſt contractus, ſimul pertinere
etiam

Digitized by Google

etiam aſſerunt ad Iudices laicos. Vnde *Harpprechtus in Iuſtin. Inſt.tom.1.tit.de Patr.poteſt.§.230.num.28.* ait *Optimo ſanè conſilio in rebus publicis præclarè conſtitutis receptum ſancitumque arbitror, debere Conſiſtoria in quibus de cauſis matrimonialibus ſtatuitur conſtare partim ex perſonis Eccleſiaſticis partim politicis. Quemadmodum & in hoc inclyto Ducatu Vuitembergico laudabiliter prudenterque cautum eſt, vt cauſis matrimonialibus dijudicandis ac decidendis duo Theologi duo item Iuriſconſulti, & inſuper tres alij Conſiliarij Politici adhibeantur. Ita perperam hæreticus ille, cui addendi ſimilis famæ Auctores ſupracitati.*

Patet ex his nullius eſſe roboris alterum argumentum desũptum ex legibus *Impp. Arcadij, Honorij, Theodoſij, Iuſtiniani*, nec non ex alijs ciuilibus ordinationibus, quibus irrita declarantur matrimonia contra ipſarum tenorem inita.

204 Nam licet in corpore Iuris Ciuilis multæ habeantur leges, nec non & aliæ dentur Sæcularium Principum Conſtitutiones, & laicalia ſtatuta matrimonij contractum reſpicientia, & impedimenta dirimentia conſtituentia; quaſdam etiam perſonas ad ipſum celebrandum inhabiles declarantia: Non tamen ex hoc ſequitur, ergo ad ſæculares Principes inſtituere pertinet leges matrimonij impedimenta etiam dirimentia conſtituentes, quod eſt Thema *Launoy* à Catholica veritate alienum, vt in *ſeqq. capit.* demonſtrabo. Multa enim de facto fiunt, quæ in Iure non ſu-
205 bſiſtunt, vbi nullum vitium maius quam iuriſdictionis deffectus, ex quo ſequitur, omnia à non habente iuriſdictionem promulgata eſſe nulla. Hinc ſequitur, vt pluribus eruditè probat *Pont. de matrim lib. 6. cap. 2. num. 1.* Et vno ore cum *Theologis*
206 confirmant *Canoniſtæ* quamlibet legem à ſæculari Principe latam inſubſtantialibus matrimonij, etiam ſi non ſit in ſpecie ab Eccleſia reprobata, nullam eſſe, & tunc ſolum cenſendam validam, ſi ab Eccleſia probata veniat. Vnde bene obſeruat. *Fagn. de Iuſt. Monit. Paul. V. fol. 37.* Leges appoſitas ab *Impp.* in corpore Digeſtorum circa valorem matrimonij inualidas eſſe & non ſeruandas.

Verum cum *Launoius* magnopere inſiſtat legibus *Impp.* in *Codice* clauſis circa matrimonij nullitatem, quam plurima decernentibus, quas, & ſimiles à laicis Principibus promulgatas validas eſſe putat, adeout neque Pontificia approbatione indigeant, quibus *in cap. ſequen.* ſigillatim ſatisfaciam. Ad argumentum ex præfatis *Impp.* legibus alijſque Ciuilibus Conſti-
207 tutionibus cum diſtinctione reſpondeo. Aut ſermo eſt de in-

ſtitutione quarumdam legum reſpicientium matrimonij contractum, quas habemus in corpore Iuris Ciuilis *ab Impp.* promulgatas antequam matrimonij Contractus eleuatus eſſet ad eſſe Sacramentale, & in rem ſacram tranſijſſet, & iſtę leges, quibus omne Ius defferebatur, dum matrimonium non excedebat fines ſimplicis contractus, hodie ceſſant reſpectu matrimonij fidelium, quod ita habet inſeparabilem rationem Sacramenti adiunctam, vt non ſit verum matrimonium quin ſimul ſit
208 verum Sacramentum. Nam reſpectu matrimonij, quod conſiſtit in puris terminis ciuilis, & naturalis Contractus, eamdem vim habent, quam habebant antequam eleuaretur ad eſſe Sacramenti; Nam cum matrimonium infidelium Sacramenti rationem adiunctam non habeat, & ſit ſimplex contractus; vti cæteri contractus ad ciuilem conſequenter Poteſtatem pertinet, & ſæcularium Principum Conſtitutionibus, nec non laicalibus ſtatutis ſubordinatum remanet. Cum hac diſtinctione omnes communiter tranſeunt *Catholicæ DD.*, docentes Sæcularem Principem poſſe ex genere, & natura ſuæ poteſtatis matrimonij impedimenta dirimentia conſtituere. Hoc enim dicunt, aut conſiderantes matrimonium de tempore, quo non excedebat fines puri contractus, vel loquentes de matrimonio Infidelium, quod, & hodiè conſiſtit in puris terminis naturalis, & Ciuilis contractus.

Sic igitur cum matrimonium in genere ſumptum, & conſiſtere poſſit in puris terminis naturalis, & ciuilis contractus, & rationi contractui adiunctam ſimul habere poſſit rationem Sacramenti. Quatenus fines ſimplicis contractus, non excedit quod ſolum verificatur de matrimonijs Infidelium ad ſæculares Principes, ſiue fideles, ſiue infideles ex genere & natura ſuæ poteſtatis inſtituere pertinet leges matrimonij contractum dirimentes, nec non ipſas per diſpenſationem ſoluere, vt docent communiter DD. quos plena manu refert *Sanch. de matr. lib.* 7. *diſp.3. ſub num.4. verſ. ſecundo deducitur*, & patebit ex infra dicendis. Hoc eſt quod dicit *D. Thom.* 4. *cont. Gentes cap.* 78. & 4 *diſt.* 34. *quæſt. vnic. art.* 1 *ad* 4. vbi ait: *matrimonium in quantum contractum ciuilem in officium communitatis inſtitutum ſubiacere legis ciuilis ordinationi*. Hoc eſt quod intelligunt DD. dicentes ſæculares Principes ex natura ſuæ poteſtatis poſſe inſtituere leges matrimonij eſſentialia reſpicientes, quatenus matrimonium eſt Ciuilis contractus. Et in his terminis loquuntur omnes, quos refert *Sanch. lib.* 7 *de Imped. matrim. diſp.* 3 *num.* 2. cuius ſententiam

me-

meritò reicit *Pont.de matr.lib.7.cap.2.num.3.* quod ibi *Sanch.* ſecundum literalem aſſertionem putet, ſæcularem Principem quantum ex ſe eſt poſſe circa matrimonium fidelium, leges condere, & quod in tantum condere non poſſit, quia huius poteſtatis vſus ipſi ab Eccleſia interdictus fuit, & ſoli Eccleſiæ reſeruatus remanet, quando re vera exemptio matrimonij à iuriſdictione Piincipis Sæcularis, non procedit ſimpliciter ex reſeruatione Eccleſiæ, ſed reſeruatio ab Eccleſia facta eſt innixa naturæ rei reſeruatæ, quæ ab eſſe ciuili, tranſijt ad eſſe ſacrum Nam cum naturalis matrimonij contractus Chriſti inſtitutione Sacer factus ſit, iam natura ſua extra iuriſdictionem, & ſecularem poteſtatem tranſijt; vt reiecta communiter ſententia *Petri Soto lect.4. de matr.* pluribus relatis notat *Diana de Immun.reſol. 222.n.4.& 5.*

Quatenus vero matrimonium excedit fines ſimplicis contra-
209 ctus, vti eleuatum ad eſſe Sacramentale, quod verificatur de matrimonio fidelium; Eius materia Chriſti inſtitutione facta ſacra, non permittit diſtinctionem legitimi contractus à Sacramento, quia ratio Sacramenti eſt ei taliter inſeparabiliter annexa, vt non ſit verum matrimonium, quod non ſit verum Sacramentum, prout communiter docent *Theol.* affirmant *Canoniſtæ*, & omnes vno ore *DD.* ſupra relati; *Lannoio* verò ſufficere deberet Auctoritas *Gamachei* alios DD. Gallos referẽtis *Sum. Theol.tom.3.de Sacram.matrim.cap.15.* Quatenus inquam matrimonium eſt Sacramentum, quæ qualitas eſſentialiter adiuncta remanet legitimis matrimonijs Fidelium, vt ſatis probatum eſt ex *Gamacheo* alijs quæ *Doctoribus Sorbonicis*, cum communi omnium *Canoniſtarum Theologorum, & Iuriſconſultorum* ſententia, eius cauſæ nullo pacto ad Laicalẽ forum pertinere poſſunt, ſed abſolutè, & abſque altera diſtinctione pertinent ad forum Ec-
210 cleſiaſticum, vt decretum fuit *per Trid.ſeſſ.24. de reform. matrim. can.* 12. & conſequenter defectu iuriſdictionis Ciuilium Magiſtratuum leges, aut Sęcularium Principum Conſtitutiones circá ſubſtabtialia matrimonij nullas eſſe fatẹndum eſt, & tunc validas duntaxat cenſeri ſi approbentur ab Eccleſia vt colligitur *ex cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. Docent. Pont. in part. Sacramentali ſua Theolog.vniuerſalis tract.8 lect.3. Gamacheus loc. cit.c. 15. Pont.dicto lib.6.cap.2.num.1.Sanch.de matrim.lib.7.diſp.3.nu.4. cum alijs* ab ipſis relatis & infra citandis *notant Io. Andr. Butr. Card.Anch.Prap.Alex.de neuo Innoc. & eruditiſſimè Fagn. ad cap. de Francia de ſponſ. & matrim.* Et communi Canoniſtarum Vo-

Digitized by Google

to hic affirmat *Abb.dicens, quod ſtatuta, & leges laicorum circa matrimonium nullius ſunt momenti, quia hæc materia non eſt de foro Sæculari, ſed Eccleſiaſtico allegat Text.in cap.ſuam de ord.cogn.DD. in cap.fin.de ſecundis nupt.Bart.in l. Titia ff. ſolut. matrim.*

Hæc verò doctrina quod lex à ciuili poteſtate, & à ſæculari
211 Principe lata circa ſubſtantialia matrimonij nulla ſit ab omnibus Orthodoxis Doctoribus etiam Neotericis Iuris Conſultis eſt ità communiter recepta, vt licet inter illos non deſint, qui dicant, perperam tamen, quod ſæcularis Princeps vi ſuæ poteſtatis matrimonij impedimenta dirimentia ſuis ſubditis data lege indicire poſſet eo pacto, quo facit Summus Pontifex, niſi ſibi hanc poteſtatem reſeruaſſet, quod proponit *Sanch. lib.7.de matrim.diſp.3.num. 2.* vbi alios refert, reprobatus *à Pont. de matrim.loc.ſup.cit.* Omnes tamen vno ore affirmant, vt idem Sanch. aduertit, & docet.*num.3.& 4.* reiecta ſententia *Petri Soto*, à Catholicis *DD.* vnanimiter reprobata, irritas hodiè eſſe leges Sæcularis Principis matrimonium impedientes & dirimentes. Hæc inquam doctrina, quod leges Ciuiles aliquid diſponentes circa matrimonia fidelium impedienda, & diſſoluenda nullius ſint momenti, nedum procedit reſpectu legum aut ſtatutorum, quæ à Laica poteſtate promanarunt poſtquam matrimonij contractus alioquin Ciuilis, eleuatus fuit ad eſſe Sacramentale, ſed reſpectu quarumlibet legum, illarum etiam, quas in corpore iuris Ciuilis clauſas habemus eo tempore latas quo matrimonium ſimplicis contractus terminos non excedebat, & proinde vti cæteri contractus à laicali poteſtate pendebat, quas & nullas eſſe aſſerimus, prout in terminis obſeruat *Fagn.de Iuſt. monit. Paul.V.fol.37.vbi ait: Leges appoſitas ab Impp. in corpore Digeſtorum circa matrimonij valorem eſſe inualidas, & non ſeruandas.* Tradit *Georg. Gobat.in ſuis experient. Theologico Sacramentalibus Tract.9.caſu 1.ſect.1.num.18.* poſſe ſæculares Principes ſtatuere vnum aut plura impedimenta matrimonij etiam dirimentia conſiderando ipſum vti contractum humanum & politicum ſeu Ciuilem, prout exprimitur *l.1.ff.de ritu nupt.* quem textum refert vt hanc propoſitionem probet ibi: *eo quod matrimonium ſit*
212 *contractus humanus & politicus ſeu ciuilis.* Conſiderando verò matrimonium vti eleuatum à Chriſto Domino ad dignitatem Sacramenti, hoc ius Eccleſiæ reſeruatum docet. Aberrat tamen dum putat reſeruatum per Trid.ſeſſ.24.cap.12. Nam & ante Trid. varia SS. Concil.decreta & Romanorum Pontificum Conſtitutiones habemus non reſeruantes matrimonium poteſtati

ſtati

ſtati Eccleſiaſticæ quaſi Eccleſia vſurpare voluerit quod erat laicalis iuriſdictionis quod & aſſerere non erubuit *Launoius* vt in ſeq.cap. patet. Sed declarantes contractum matrimonij alioquin Ciuilem factum eſſe rem taliter ſacram, vt diuina inſtitutione Sacramenti rationem habeat adiunctam, atque ideò illico à laicali foro declinaſſe, & translatum fuiſſe in ſolius Eccleſiæ poteſtatem, ad quam de Sacramentorum diſpoſitione, & adminiſtratione decernere pertinet, vt ad literam colligitur ex Iuribus & DD. prælegatis.

213 Quin hæc ipſa poteſtas ſtatuendi leges matrimonium impedientes, & dirimentes, quam iure ipſo eleuato matrimonio ad eſſe Sacramenti, Eccleſiæ reſeruata remanſit, adeo vt nulla Lex Statutum, aut Conſuetudo quicquam diſponere valeat in eſſentialibus matrimonij quatenus eſt legitimus contractus inter fideles niſi ab Eccleſia approbata ſit, non ſolum Principibus laicis, ſed & ipſis Epiſcopis eſt etiam ſublata, vt pluribus teſtatur *Card. de Lugo lib.* 1*.conſ.ſeu reſponſ.moral.dub.*45*.num.*12*.&* 6. aſſerens non poſſe Epiſcopum lege ſua inducere impedimentum matrimonium irritans, hoc enim vtpotè grauiſſimum negotium, ex quo grauiſſima ſequuntur inconuenientia, merito ſibi vni inter Eccleſiaſticos ſibi Rom. Pontifex reſeruauit, vt fatentur communiter *DD.* & refert *Idem Gobat. loc. cit. num.* 19. *&* 20.

Verum cum *Launoius* maximè ſe fundet in legibus Ciuilibus, quæ *in ff & C.* clauduntur, nec non in alijs à laicis Principibus promulgatis. Pręſertim quia Eccleſia conſimiles ijſdem leges edidit matrimonium impedientes & dirimentes. Dico leges latas à Sæcularibus Principibus circa eſſentialia matrimonij nullas eſſe, & ſolum validas cenſendas, ſi ab Eccleſia approbentur, quo caſu non ipſas validas conſidero vti leges Ciuiles, quę iuriſdictionis deffectu in rebus ſacris nullam ſibi poteſtatem vindicare poſſunt, ſed vti leges Eccleſiaſticas, quam veritatem licet agnoſcant omnes DD. Catholici. Hinc tamen verba quorun-

214 dam ex ipſis referre non deleram, quæ ad reiiciendas *Launoij* cauillationes maximè conferunt. Et omnium Magiſter inter ipſos agmen ducat D.Thom. cuius ſententiæ & tanti Viri doctrinę neſcio quo pacto ſe opponere audeat *Launoius* ſic enim ait Doctor Angelicus *in* 4*.diſt.*42*.q.*2*.art* 2*. ad* 4. *Probibitio legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonij, niſi interueniret auctoritas Eccleſiæqua idem etiam interdicit.*

215 Hæc habet D.Bonauent. in 4. *diſt.* 42. *q.* 2. *ad* 2. *Ad illud quod*

obij-

obijcitur quod matrimonium regitur iure Poli, & non fori iam patet reſponſio; quia Eccleſia tale impedimentum ſua conſtitutione, & approbatione fecit eſſe validum, alioquin impedire non poſſet.

216 Ita ſcribit, & docet *Palud. in 4. diſt. 41. q. 1. art. 2. concl. 7. Sciendum, quod cognatio legalis impedit, & dirimit matrimonium, non quia ſic eſt de iure Ciuili, ſed quia approbatum eſt de Iure Canonico.*

Notat *Gloſſ. fin. in cap. ſi quis ingenuus 29. q. 2. Dicit lex quod ſi filia Senatoris contrahit cum liberto non tenet matrimonium l. filiam ff. de Senat. Sed illud ſecundum leges non tenet, ſed ſecundum Canones tenet, quia matrimonia iure Poli reguntur* Ait *Syluest.* verb. *Matrimonium* 80. q. 80. loquendo de cognatione legali *Intellige etiã quod vigorem habet iſta cognatio ab inſtitutione Eccleſiæ, & non à lege Ciuili ſolum quæ non ſufficeret.*

Tradit *Tabiena verb. Impedimentum* 6. *num.* 1. *legibus humanis prohibitum eſt inter tales matrimonium contrahi, & talis prohibitio eſt per Eccleſiam approbata, & inde habet quod legalis cognatio matrimonium impedit.*

217 Docet *Domin. Sot. in 4. diſt. 42. q. 2. art. 1. ad 2. Etſi cognatio hæc iure Gentium & Ciuili ſit introducta, quod tamen ſit matrimonij impedimentum Eccleſiaſtica auctoritas facit.* Affirmat *Petrus Ledeſm. de matrim. q. 50. art. 1. dub. 1. concl. 2.* ibi: *Quamuis olim per ius Cæſareum, aut plura fuerint aut pauciora impedimenta matrimonij, nunc per Ius Canonicum omnia reuocata ſunt, niſi quæ conſtituuntur per illud etſi quid vellent* Reges *de eis deffiniri, nihil facerent, quoniam reſtricta eſt illorum poteſtas.*

Colligitur ex *Couarruias* Principum Laicorum iuriſdictioni in omnibus itá fauorabilis, vt & in multis libertatem Eccleſia-
218 ſticorum, & Eccleſiæ iuriſdictionem offendat. Ait enim *in* 4. *Decret. 2. par cap. 6. §. 10. num. 16.* Illud planum eſt ſolum Romanum Pontificem poſſe ſtatuere circa matrimonia contrahenda, vel prohibenda, neq; id ad ſæculares Iudices pertinere. *Text. in cap. Tuam de ord. cognit. cap. 1. de ſponſ. vbi Abb. & Felin. Idem Abb. in cap. 1. de cognat. latè Felin. in cap. Eccleſia de Conſt. num. 72. Vinc Hercula in q. 3. gloſſ. opt. in cap 1. quæſt. 3. dicens inter tutorem & pupillam contractum matrimonij validum eſſe, etiamſi lex Ciui-*
219 *lis id prohibeat, cum lege Pontificia hoc matrimonium vetitum non ſit, quam gloſſ. notabilem exiſtimat Alex. in l. ſi filius à patre ff. de liber. & poſth. §. fin. Hinc etiam conſtat à laicis etiam ſummis Principibus non poſſe lege prohiberi matrimonium cum alienigenis, vel cum certo hominum genere, & hoc ipſum paſſim noſtrates fatentur, qui leges Ciuiles aliquot matrimonia prohibentes improbas re-*

fel-

Digitized by Google

ſellunt. Nec in hoc libet latius inſiſtere, cum id lippis ac tonſoribus vt aiunt, notum ſit. Huc vſque *Couar.* Et tamen quæ ità *Couarruuias* clara teſtatur, vt lippis & tonſoribus nota aſſerat, nunc *Launoius* obſcuriſſima facere ſtudet, & contrarium deffendere, & aſſerere non erubeſcit.

Haud pro certo ſcio, quid *Launoius* prefatis DD. & doctrina & opinione in literaria republica primum locum occupantibus replicare poſſit, & obſtupeo quomodo nonnullorum ex illis,
220 dicta, & aſſertiones mutilatas referendo, in ſuam ſententiam ſuumque Thema ipſos trahere non erubuerit. Sed quia forſan dicet non eſſe DD.Gallos, vtinam illorum DD. doctrinam atque veſtigia ſectatus fuiſſet, quos Gallia inter Orthodoxos Theologos in ſumma exiſtimatione habet, & quorum Codices approbati fuerunt à doctiſſimis Theologis Facultatis Pariſienſis, vt teſtatur *Diana dicta reſol. 340. n. 8. in fin. Baco. nimirum in Theol. Moral. p. 1. tract. 12. q. vlt. aſſert. 3. Petrum à S. Ioſeph in Idea Theol. Sacram. cap. 38. reſol. 8. Ioan. Petit. in parte Saramentali ſuæ TheologiæVniuerſalis tract. 8. lect. 3. Philippum Gamacheum in ſum. Theol. tom. 3. de Sacram. matrim. cap. 15.* qui cum lumen fuerit clariſſimum Muſei Sorbonici, vt teſtatur *Diana d. reſol. 340. nu. 9.* Ideo piaculum exiſtimarem nieius preciſa verba contra *Launoium* adducerem; ſolidè etenim docteque ſuperius dicta confirmans *dicto cap. 5.* ait: *Poſſunt Reges & Principes laici ſimpliter abſolutè loquendo præſcribere Chriſtianis ſibi ſubiectis quædam impedimenta matrimonij prout opus fuerit ad bonum communitatis & Regni Tranquillitatem, quia contractus matrimonij eſt etiam politicus. Non tamen poſſunt iſta impedimenta irritum facere matrimonium poſitis rebus, vt ſunt poſt Eccleſiæ prohibitionem, ac definitionem, niſi prius eadem impedimenta fuerint ad eumdem finem recepta per Eccleſiam, ſimilique Eccleſiaſticæ lege confirmata* ſuamque aſſertionem probat doctiſſimus Gamacheus ex text. in c. Eccleſ. S. Mariæ de conſt. Affirmat matrimonium inter Chriſtianos eſſe formaliter & eſſentialiter aliquid Eccleſiaſticum propter inſeparabilem rationem Sacramenti. Notat non eſſe verum matrimonium, quin ſimul ſit verum Sacramentum. Fatetur de Sacramentis agere eſſe ſolius Eccleſiæ. Aduertit denique quod principibus peſſimè etiam ceſſit quando ſacris ſe immiſcere voluerunt. Probat etiam ſuam aſſertionem exemplo Chriſti *Luc. 12.* qui inter fratres de hæreditate Iudicium ferre noluit. *Matth. verò 19. Marc. 10.* cauſâ diuortij & repudij non ad politicos Iudices dimiſit, ſed ex tempore ſoluit, & inſuper nouam

legem condidit Ex Diuo etiam *Paulo* 1. *ad Cor.* 7. Eccleſiæ auctoritatem circa matrimonia declarat. Et concludit laicos Principes impedimenta ſtatuere non poſſe, quibus dirimantur matrimonia Chriſtianorum; & quod eorum leges matrimonium reſpicientes vere obligant in conſcientia quando nihil admiſcetur contra rectam rationem, aut Eccleſiæ definitionem: ſed interim non habere vim dirimendi niſi Eccleſiæ approbatio aut auctoritas acceſſerit. His addi poſſunt *Auerſa de Sacram. Matrim.*
221 *q.9.ſect.3.* vbi explanans *text.in cap.1. deſponſal.* Ait. *Lex illa erat Principis laici, qui in hac re nullam habebat poteſtatem*. Quod etiam notant DD. quos citat, & ſequitur *Marth. de Iuriſd. par. 4. cent.1. caſ.70. num.3. Et Valentina tom.4. diſp.10.q.5. punct.1.* vbi examinans poteſtatem Principis laici incontractibus ad bonum Ciuile Reip. Ait: *Nihilominus tamen quia contractus matrimonij, propter annexam rationem Sacramenti, & finem ſpiritualem, quem in Republica Chriſtiana reſpicit, magis eſt ſpiritualis, quam politicus, Eccleſiaſtica auctoritas limitauit in hoc genere auctoritatem Magiſtratus Ciuilis, tanquam ſuperior illa; itaut nulla lex Ciuilis de impedimentis matrimonij lata, vllum habeat robur, niſi per Eccleſiaſticam etiam legem idem ſtatuatur, vt recte docet D. Thom. in 4. diſt. 429. art. 2. ad 4 latius poſt Palud. in 4. diſt. 26. q. 3. concl. 2. qui ad id confirmandum citat. cap. Eccleſia S. Mariæ extra de conſt. Victoria in relect. de matrim. p. 2. ſect. 1. Cauſa autem matrimonialis ſimpliciter, & abſolutè eſt Eccleſiaſtica propter rationem dictam*. Hoc idem affirmant DD. ſigillatim ſupra relati quorum verba tranſcribere eſſet voluminoſum Tractatum coagulare.

Confirmantur prædicta attenta diſpoſitione Iuris Canonici, qua plures Cæſarum leges matrimonia reſpicientes ita correctæ remanent, vt illarum correctio Eccleſiaſtica auctoritate facta, à Catholicis Principibus confeſtim ſine contradictione recepta fuerit, adeò vt ipſæ leges Ciuiles nullius, apud Orthodo-
222 xos ſint roboris, & habeantur ac ſi non emanaſſent. Nam *Vrban. III. in cap. ſuper illa & Innoc. III. in cap. cum ſecundum Apoſtolum de ſecundis nupt.* illas Cæſarum leges abrogauerunt, quæ infamiam & pænam irrogant viduis nubentibus intra annum luctus, de quibus *in l. liberorum ff. de his qui not. infam. in l. conſenſu §. ſi verò C. de repud. in l.1. C. de ſecund. nupt. & in Auth. iiſdem pænis & in Auth. de reſt. §. vlt. col. 4.* Vnde mulieri abſque vlla infamia, & pæna intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſire licet. *Gregorius I. in cap. quædam lex* 35. q. 2.

q.2. reijcit leges Honorij,& Iuſtiniani Impp. quibus decernun-
223 tur valida matrimonia inter conſobrinos atque ideò non at-
tentis legibus Ciuilibus ſed Iure Canonico inſpecto inter con-
ſanguineos & affines intra quartum matrimonij prohibitio,ex-
tra verò quartum gradum facultas matrimonij contrahendi in-
ter Catholicos locum habet. *In cap.de Francia deſponſ. & ma-*
trim. cuius verba deſumpta habentur ex definitione Cõcilij Tri-
burienſis quod fuit Prouinciale ita, dictum, quia celebratum
Anno 895. ſedente Formoſo Papa in Triburia Ciuitate Germa-
niæ propè Maguntiã ad Rhenum, quæ nunc deſerta dicitur. In
cap.inquam de Francia, declaratur matrimonium à Francigena
cum fæmina Saxone initium contra Francorum legem validum
eſſe, quem ſextum explorans *Auerſ.de Sacram.matrim.q.9 ſect.3.*
ait. Lex illa erat Principis Laici,qui in hac re nullam habebat
poteſtatem. Quod etiam notant DD. quos citat & ſequitur
224 *Marth.de Iuriſd.p.4.cent.1.caſ.70.num.3.* Iure ciuili ad ſubſtan-
tiam matrimonij à filio contracti conſenſus parentum requiri-
tur *l.2.ff.de Iuſt. & Iur. l.vnic.§ oportet.C.de rapt.virg.*Iure verò
Canonico de honeſtate, non verò de neceſſitate requiritur *cap.*
ſufficit 27.q.3.cap.fin.32.q.2.Panorm. & communiter Canoniſtæ in
cap.veniens il 1. de ſponſal. Vnde matrimonium à filio familias
contra parentum conſenſum contractum, apud Catholicos eſt
legitimum, licet contrahentes peccent vt clarius patebit ex his
quæ dicam infra. Iure Ciuili matrimonium inter Tutorem &
pupillam eſt nullum, ſed quia lege Eccleſiaſtica vetitum non
reperitur quoties contractum fuiſſe conſtet ſeruatis ſolemnita-
225 tibus ab Eccleſia præſcriptis legitimum erit.Iure Ciuili matri-
monium contrahentes liberi homines eſſe debent, vnde ſer-
ui matrimonium contrahere prohibentur, & ſi contrahant con-
tubernium contrahere dicuntur *l. cum ancillis C. de inceſt. nupt.*
l.vxores §.codicillis ff. de legat.3. Iure Canonico etiam inter an-
cillas, & ſeruos datur legitimum matrimonium vt patet *tot.tit.*
*de coniug.ſeruor.*Iure Ciuili improbatum eſt matrimonium rap-
tæ cum raptore *l. vnic. C. de rapt. Virg.* Iure verò Canonico eſt
permiſſum *cap.fin.de rapt.* quod hodiè intellige iuxta præſcript.
226 *Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.* Item in computatione graduum conſan-
guinitatis, quamuis Iure Ciuili certas habeamus regulas, qui-
bus & gradus declarantur, & matrimonia in certis gradibus
prohibentur. Attamen non ius Ciuile ſed Canonicum in hac
parte attenditur, & ab ipſis Neotericis Iuriſtis duæ conſtituun-
tur arbores, Ciuilis vna, altera Canonica, Ciuilis attenditur

vbi eſt quæſtio de Tutelis & ſucceſſionibus ab inteſtato, quæ à lege regulariter proximioribus in gradu deferuntur. Canonica verò in cauſis matrimonialibus vt nimirum cognoſcatur in quo gradu conſanguineis matrimonium contrahere liceat. *cap. ad Sedem 35. q.5. Bart. & DD. communiter in l. ſi auiæ C.de ſucceſſ. edict. Oinot. cum cæteris Inſtit. in Tit. de nupt.* Item in computatione graduum affinitatis, & ſi Iure ciuili propter matrimoniũ contrahendum inuenta ſit affinitatis Arbor, Ius enim ciuile nefas eſſe dicit eos, qui affinitatis cauſa inter ſe parentem liberorumue loco habentur in matrimonio copulari *l. non facile §. hoc itaque ff. de grad. affinit. & §. Affinitatis Inſt. de nupt.* nihilominus Ius Canonicum attenditur, quod à Iure Ciuili differt, primo
227 quia affinitas de Iure Ciuili ſolum contrahitur ex iuſtis nuptiis, de Iure vero Canonico ex quocumque coitu illegitima nimirum maris, & fæminę coniunctione, & ſic per illicitum fornicarium, & adulterinum concubitum contrahitur affinitas, qua matrimonium impeditur. *gloſ. in cap. diſtinctionem ſuper verbo nec affinitas deo qui cogno. conſang. vxor ſua.*

Secundo de Iure Ciuili matrimonium inter affines collatera-
228 les non prohibetur, ſed inter eos tantum affines, qui ſunt liberorum, & parentum loco, vt Socer, Socrus, gener, nurus, nouerca, vitricus *d. l. non facile § hoc itaque* Iure autem Canonico matrimonium inter affines etiam tranſuerſales ſi affinitas proueniat ex coniunctione licita dirimit vſque ad quartum gradum; ſi verò ex illicita vſque ad ſecundum. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap.* 4. Et vltra ſecundum gradum non ſolum non cauſat impedimentum dirimens, ſed nec impediens, vt declarauit *B. Pius V. in Bulla incipiens ad Romanum edita* 4. *Kalen. Decembris* 1566. *notat Fagn. in cap. Vir qui de Conſang & affinit. nu.* 18. Huiuſmodi alia reperiuntur in Iure Ciuili, quæ poſtea à Iure Canonico correcta fuerunt vt ſingillatim obſeruat *Conradus Rittherſuſius in different.* Iur. Ciuil. *& Canon. lib.* 11. *cap.* 21. *& ſeq. Emericus à Rosback. de comparat. Iur. Ciuil. & Canon tit.* 4. *nu.* 7. *& ſeqq.* Quamuis perfidi Heretici Sedis Apoſtolicæ auctoritatem lacerent.

His ita in genere præmiſſis Quatuor aſſertiones propono. Vnde rationes colliguntur quibus *Launoij* Doctrinam à veritate Philoſophica, & Hiſtorica deuiare oſtenditur, & quibus in ſeqq. cap. ſuorum Argumentorum, propoſitionum, & aſſertionum fallacia reijcitur.

Digitized by Google

ASSERTIO PRIMA.

Pertinet ad Eccleſiam priuatiuè quoad alios etiam Imperatoria, & Regia maieſtate fulgentes, inſtituere leges reſpicientes eſſentiam matrimonij, & inducentes impedimenta fidelium matrimonia dirimentia.

22) EST propoſitio Catholica, quod ſola Eccleſia leges fidelium matrimonia in eſſentialibus reſpicientes, & impedimenta tam ſimpliciter impedientia, quam impedientia ſimul & dirimentia ſtatuere poteſt, cuius irrefragabilis veritas oculari eſt innixa fundamento rationi nimirum Sacramenti inſeparabiliter adiuncta fidelium matrimonijs, vnde ciuilis matrimonij contractus formaliter & eſſentialiter fit aliquid Eccleſiaſticum, adeò vt inter fideles non detur legitimum matrimonium, quin ſimul ſit verum Sacramentum, vnde rei ſacræ naturam ſortitur. Ex hoc vero quod eius materia ſit Ciuilis & naturalis contractus, non bene inducitur: ergo Ciuilis Magiſtratus ſuper eo leges condere poteſt. Nam etſi homines, aurum, argentum ſint naturaliter, & ciuiliter materia ſæcularibus legibus ſubiecta, nihilominus poſtquam homines per manus impoſitionem clericalem militiam profitentur, argentum & aurum per conſecrationem effecta ſunt vaſa ſacra iam non ſubſunt amplius ſæculi poteſtatibus Diuino, & humano Iure laicalis fori exceptione fruetur. Fas enim non eſt vt diuini muneris in poteſtatum temporalium ſubdantur arbitrio, quod nedum ſacræ paginæ ſacrorum Conciliorum Canones, & Romanorum Pontificum decreta, ſed ipſarum Ciuilium legum litera teſtatur in l. de Epiſcopis & Clericis C. Theod. lib. 16. tit. 1. l. placet C. de ſacroſ. Eccleſ. l. omnis l. præsbyteros auth. Item nulla communitas C. de epiſc & Cler. Quamobrem etſi fidelium matrimonium ſit contractus, quia tamen apud fideles ratio contractus quoad Iudicia eſt inſeparabilis à ratione Sacramenti, ſequitur quod ad illum forum ſpectet contractus, ad quem de rebus & doctrina Sacramentorum cognitio pertinet; vt contra *Sanchez* aduertit *Pont de matrim. lib. 6. c. 2.* vbi ipſum leuiſſimis fundamentis motum dicit, quodque dicit multorum auctoritate & cordatiſſimis rationibus confirmat, Docent *Vaſq. in 3. part. tom. 4 diſp. 3. de matrim. cap. 5 num. 67. Hurtad. de matrim. diſp. 12. difficult. 12. num. 7.*

Auer-

Auerſ.de Sacrament. Ord & matrim.q.9. Vno ore affirmantes ex
230 ipſa Sacramenti matrimonij inſtitutione omnem poteſtatem
laicis Principibus ſublatam fuiſſe.

231 Quod & ſatis euidenter conſtat ex *Trid.ſeſſ.24.cap.1. de reform.matrim.* vbi matrimonia clandeſtina Sancta Synodus deffinit rata & vera eſſe matrimonia quandiù Eccleſia ipſa irrita non fecit. Idemque in confirmatione veterum Sac. Canonum deffinit de matrimonijs à filijs familias inuitis parentibus contractis licet iure ciuili irrita ſint. Vnde patet matrimonium irritum non eſſe, niſi Eccleſia ipſum irritum faciat, tantumque
232 abeſt quod legalis ad hoc auctoritas ſufficiat, vt illæ nuptiæ quas Ciuiles leges irritas declarant, ipſis legibus correctis à Iure Eccleſiaſtico approbatæ remaneant, & apud Orthodoxos quod à SS. Concilijs & Sædis Apoſtolicæ legibus in hac parte ſancitum reperitur, reiecto Ciuilium legum præcepto inuiolabiliter obſeruetur. Vt in terminis decreti *Trid. in dicto cap. 1. ſeſſ.24. de matrim.* pleno calamo, reſpectu matrimonij clandeſtini, quod ſolum irritum eſſe cæperit quandiù Eccleſia ipſum irritum fecit, docent *Perez.l.1.verſ. queri iam poteſt tit.1.lib.5.ordin.pag.27.cum ſeq.Ceuall.commun. contra Comm.q.* 604. *Henriq. in ſum.lib.11.cap.3.Salzed.ad Bernard.in pract.cap.76.Segura Daualos in direct.iudic.part.2.cap.15.& 16. Spin.in ſpecul.teſtam.glo. 15. Henriq.in ſum.lib.11.cap.3.Petr.de Ledeſm.de matrim. cap.45. Gutier.de iurament.confirmat.p.1.cap.51.& de matrim cap.55. cum ſeqq. Puſſeo. de offic. Curat cap.10.Rebell.de oblig.iuſt.p.2.lib.2.q. 7.& lib.4.in fin.Cened.pract.& canon.quæſt.lib.1.q.30. per tot. Armendar.in addit. ad recep. legum Nauar.lib.4.tit.15. lib.1.de matr. Vgolin.de offic.& pot.Epiſc.cap.15.§.10 cum ſeqq. Franc.Molin. de ritu nupt.lib.2.differ.11.Fernand.in exam Theol.moral. p.3. cap.17. §.2.& 18. Filliuc.quæſt.moral.tract.10.cap.6. Bonac. de matrim. q. 2.Pont.de matrim.lib.15.cap. 30. Hurtad. de matrim. diſp.5. diffic. 3.cum ſeqq Layman.Theol.moral.tract.10.p.2.cap.4. Menoch. conſ. 389.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.p.2.allegat.32.& de offic.& pot. Epiſc.p.2.alleg.32.& de offic.Paroch.part.2. cap.21.* Reſpectu matrimonij à filio familias ſine conſenſu parentum contracti; notant & tradunt *Caſſan.Catalog.glor.mund.part.10.conſid.36. Perez lib 1.prope fin.verſ conſtat autem ex prædicto Concil.pa.36.tit.1. lib. 5.ordin.Bellarm.lib.1.de matrim.cap.19.& 20.Couar.de ſponſal p. 2.cap.§.8.num.5.Sayr.clare.Reg.7. lib.7. cap.5. num.13. Cened. ad Decret.collect.58 num.7.Sanch de matrim. lib. 1. diſput.14. num.4. Gutier.canon.l.1.cap.20.num.1.& 2. & tract.de matrim. cap.79. à princ.*

Digitized by Google

princ. Rebell. de oblig. iuſt. lib 2. qu. 7. ſcet 2. Molfeſ. ſum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 7. à num. 5. Bonac. de matrim. quæſt. 4. punct. 17. num. 23. Melch. Phæbus Luſit. deciſ. 45. num. 10. cum ſeqq. tom. 1. Hurtad. de matrim. diſp. 6. diffic. 10. vbi poſt *Sanch. Aegid. de Coninck. & Vaſq.* reſoluit poſſe filios licitè inuſtis parentibus matrimonium contrahere. docent *Val. diff. vtriuſq. fori verb. matrimonium diff. 1. num. 2. & ſeq. Dian. reſol. 224. tract. 2. de Immunit. Eccleſ.* & patebit clarius ex infra dicendis in ſecunda Aſſertione.

233 Et quidem ſi laici non habent poteſtatem iuriſdicendi in cauſis matrimonialibus, vt patet ex reſcripto *Alex. III.* vnde deſumpta fuerunt verba *tex. in cap. cauſam quæ lib. 2. Qui filij ſint legitimi*; & in confirmationē veterum Sacrorum Canonum definitum fuit in *Trid. Concil. ſect. 24. can. 12.* ibi *ſi quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos Anathemaſit.* Conſequenter non poſſunt habere poteſtatem iuris conden-
234 di, quia forum ſortiri, & legibus ligari à pari procedunt. *cap. fin. de conſt. in 6. l. 2. ff. de eo quod certo loco Butr. in rubr. de conſuetud. num. 7. Socin. conſ. 79. lib. 4. nu. 9. Seraph. dec. 1018.*

235 Sic igitur vt benè arguit *Io. Andr in c. per venerabilem verſ. imperptor. Qui filij ſint legitimi* ſi laici etiam vbi de iure matrimonium eſt irritum, ſua ſententia ipſum irritum declarare nequeunt, *d. cap. cauſam quæ*. Quomodo vbi iure eſt validum, illud irritum facere poſſunt.

236 Explorati iuris eſt regula, quod poteſtas aliquid ſtatuendi à Iuriſdictione dependet *cap. A nobis il 1. de ſent. excom. l. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. Bart. in l. omnes populi ff. de Iuſt. & iur.* Nec non quod in quocumque actu ad illius validitatem eſt neceſſaria iuſta poteſtas *cap. cum ſuper de offic. delegat. l. cum te vbi Bald. C. de donat. ante nupt.* Neque quamlibet cauſam quantumuis ra-
238 tionabilem ſufficere ad tribuendum iuriſdictionem, quia non eſt rationabilis cauſa quæ iuriſdicenti poteſtatem tribuit, in quo errat *Sanchez lib. 7. de Imped. matrim. diſp. 3. num. 2. cum cæteris ab ipſo allegatis*, qui licet omnes vno ore cum ipſo fateantur non eſſe integrum ſæculari Principi aliquid diſponere circa matrimonium fidelium impediendum, vel diſſoluendum. In Principe tamen ſæculari, conſiderant ex genere, & natura ſuæ poteſtatis, facultatem indicendi leges matrimonium fidelium impedientes & dirimentes, niſi ſummus Pontifex hanc ſibi poteſta-
239 tem reſeruaſſet. Quia inquam non eſt rationabilis cauſa, quæ iuriſdicenti poteſtatem tribuit, ſed Lex vt diſertè notat *Bald. in l. cun-*

l. cunctos populos num. 15. *C. de ſum. Trinit. & Fid. Cath.* habemus *text. in cap. S. Mariæ de Conſt. vbi Butr. num.* 20. *& paſſim Canoniſtæ*. Egregiè verò omnes referens poſt *Barboſ. in collect. Fagn.*

240 Et poteſtatis defectus ſemper, atque indiſtinctè nullitatem producit, vt vno *Canoniſtarum*, *& Neotericorum Iuris conſultorum* ore teſtatur *Butr. loc. cit.* Nedum lex aliqua reperitur, quæ in rebus ſacris ſæculari Principi poteſtatem tribuat, ſed Iure Diuino, & humano repugnat, adeout non ſit inter DD. Catholicos qui hæſitare auſus hucuſque ſit, de libera exemptione rei Sacræ à laicali iuriſdictione præſertim vbi res ita eſt ſacra, vt etiam ſit Sacramentum.

Neque mirum quod *Sanch. d. diſp.* 3. *n.* 2. Propoſitionem ponat contra Sacrorum Canonum, & Trident. Concilij decreta, nec non contra receptiſſimas Theologorum, & Canoniſtarum doctrinas, & traditiones de quibus latè *Felin in cap.* 11. *deſponſ.* Quia hac potiſſimum ratione motus, melius dicam hoc halucinatus fuit argumento, quod cum ſæcularis poteſtas inſtituta ſit ad Reipublicæ tranquillitatem, eius eſt id prouidere, quod ad hunc finem deſideratur, quale eſt leges dare circa contractum matrimonij, cum inde maxime pendeat tranquillitas, & recta Reipublicæ gubernatio. Hoc quippe argumento liceret etiam ſæculari Principi tollere impedimenta dirimentia, diſpenſare in gradibus prohibitis, cum id multoties Reipublicæ tranquillitati expediat. Rurſus, vt benè obſeruat *Fagn. in cap. Vtrum de Cognat. Spirit. ſub num.* 19. *verſ. Quippe*; hoc argumento fas eſſet, Laicis magiſtratibus ex vi ſuæ poteſtatis coercere Clericorum delicta, compellere Eccleſiaſticos ad Reipublicæ onera ſubeunda, Immunitate Eccleſiaſtica non ſeruata delinquẽtes ad Eccleſiam confugientes carcerare & punire, Patenas, Calices, & Sacra Vaſa in Reipublicæ vtilitatem conuertere, & alia his ſimilia facere, quod dicere impium eſſet, & ſolum à proſtitutæ frontis hæretico affirmari poſſunt.

241 Nam cum iuriſdictiones à Deo diſtinctæ fuerint, non omnia, quæ publicam vtilitatem concernunt, per vtramque iuriſdictionem promiſcuè agi poſſunt, ſed temporalia per poteſtatem ciuilem, ſpiritualia per Eccleſiaſticam, ſub cuius tantum iudicio, & ordinatione ſunt conſtituta, vt colligitur ex littera textus, qui eſt ſingularis in *cap. cum aduerum*, quæ deſumpta fuit ex Epiſtola *Nicolai Papæ* ad Michaelem Imperatorem, & in *cap. ſi Imperator diſt.* 96. habetur etiam *diſt.* 10. *per totum*, & in *c. ſi quis à proprio* 21. *q.* 5. nec non in *cap. ſolitæ de maiorit. & obed.*

& ma-

& magiſtraliter poſt *Hoſt.Io.Andr.in cap. Per venerabilem verbo*
Plenitudinem poteſtatis. *Qui filij ſint legit.*
242 Nec aliud ſenſit D.Thomas, quem miror quomodò *Sanch. d.*
diſp. 3. & poſt *Rabard. Launoi.* potuerint ad propriam firman-
dam ſententiam adducere, cum directè quod ab illis dicitur
Angelicus Doctor refellat in *4.diſt.42.q.2.art.2.ad* 4.ibi *Prohibi-*
tio legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonij, niſi
intcrueniret auctoritas Eccleſiæ, quæ idem etiam interdicit: Neque
ex hoc, quod *D. Thom. in 4. diſt.14. qu. vnic. art.1.ad* 4: aſſerat
matrimonium in quantum eſt in officium naturæ, ſtatur legi
naturæ; in quantum eſt Sacramentum ſtatur iuri diuino; in
quantum eſt in officium communitatis, ſtatur legi ciuili; &
ideò ex qualibet dictarum legum poſſe aliquam perſonam
effici ad matrimonium illegitimam; quod idem ferè dicit in 4.
contra Gent. cap.78. Non inde inferre licet; Ergo quælibet ex
prædictis legibus omnes perſonas indiſtinctè illegitimas effice-
re poteſt ad matrimonium contrahendum ſed cum *D. Thoma*,
vt ex eius verbis ad literam colligitur dicendum eſt, quod
quælibet lex aliquam tantum perſonam ad matrimonium con-
243 trahendum inhabilem facere poteſt, lege naturali excepta,
quæ eſt omnibus Gentibus communis *cap. Ius naturale diſt.1.*
144 Lex enim diuina poſitiua in quantum Sacramentum matrimo-
nij ad Chriſtianæ Reipublicæ conſeruationem ordinauit, fide-
lium duntaxat matrimonium reſpicit, & fideles ſolum ad con-
trahendum, vbi certum viget impedimentum, facit inhabiles
cap.quanto.cap.gaudemus.de diuort.cap.de infidelibus. de conſang. &
145 *affinit.* E contra lex ciuilis in quantum matrimonium ſtatuit
in officium communitatis, & ad bonum politicum, ſolos infi-
deles inhabilitare poteſt, inter quos matrimonium non excedit
qualitatem puri contractus *d.c. quanto*. Et quod habetur *c. gau-*
246 *demus* vbi Sacramentum coniugij apud fideles, & infideles exi-
ſtere dicitur, quoad infideles intelligendum eſt impropriè, cum
in ipſis deficiat fundamentum omnium Sacramentorum, nempe
Baptiſma *cap.1.& cap.fin.de Præsbyt.non baptizat.*

Tantumque abeſt quod *D. Thom.in locis præallegatis* aucto-
ritatem aliquam tribuere intellexerit legi Ciuili in matrimonia
fidelium, vt, *in 4.diſt.41.art.2.ad* 4. doceat, quòd inter fideles
apud quos matrimonium diuina inſtitutione eſt eleuatum ad
247 eſſe Sacramenti, lex Ciuilis minime poſſit quemquam efficere
illegitimum ad matrimonium contrahendum ſine auctorita-
te Eccleſiæ. Quod & probat argumento à contrario vbi in-

Digitized by Google

fortioribus terminis ait: Sacramenta Eccleſiæ, ſicut eſt matrimonium non ſubdi humanis legibus, & ideò prohibitionem humanam legalem non ſufficere ad impediendum matrimonium, niſi interueniat aucthoritas Eccleſiæ, quę idem etiam interdicat: Abſurdum profectò eſt dicere, quod Angelicus Doctor priori loco doceat poſſe Ciuilem legem ſtatuere inter fideles impedimenta matrimonium dirimentia, cum hoc poſteriori loco expreſsè affirmet nè illa quidem quę tantum impediunt matrimonium contrahendum, qualis eſt adoptio, induci poſſe per prohibitionem legalem abſque auctoritate Eccleſiæ.

Nec aliud ſentiunt. DD. allegati, loquor de Catholicis, aſſerentes poſſe Principem ſæcularem ex genere, & natura ſuæ poteſtatis matrimonij impedimenta ſuis ſubditis indicere, Nam cum etiam fateantur, matrimonij contractum inter fideles naturæ limites excedere, & ad eſſe ſupernaturale
248 Sacramenti eleuatum exiſtere, atque inde vno ore doceant, non licere quod tanti Sacramenti diſpoſitio ad ſæculares Principes pertineat; quod ſpecialiter tradit *Sanch. dicta diſp. 3. nu. 4.*
249 quamuis ſupra *n. 2.* ſæculari Principi ex genere & natura ſuæ poteſtatis ius in matrimonium tribuat, & DD. hoc ius aſſerentes plena manu referat, & communi voto concludant ſæculares Principes nullam habere poteſtatem in matrimonijs fidelium, & Ciuiles leges, aliáſque laicales conſtitutiones matrimonij ſubſtantialia impedientes nullas eſſe, vt patet ex his, quæ dicta ſunt ſupra; Neceſſariò dicendum ſequitur, eorum aſſertionem reſtringi ad matrimonium, quod naturam ſimplicis contractus non egreditur, quod & hodie vti cæteri contractus à legum Ciuilium diſpoſitione pendet, vt dicam infra in quarta Aſſertione. Alias ex diametro ſibi contradicerent. Implicat enim in terminis, quod ex natura, & genere ſuæ poteſtatis poſſint ſæculares Principes inſtituere leges matrimonium reſpicientes, & quod non poſſint, eo quod matrimonium vti res ſacra ad forum Eccleſiaſticum pertineat. Quamobrem alio modo illorum doctrina conciliari non poteſt, quàm ſi poteſtas, quæ laicis Principibus cōceditur reſpiciat matrimonium quatenus non excedit fines puri contractus. Quæ verò illis denegatur, & Eccleſiæ eſſe oſtenditur, matrimonium reſpiciat, quatenus eſt Sacramentum, quæ qualitas, vt patet ex ſupra deductis, eſt ita eſſentialiter, & inſeparabiliter adiuncta matrimonio fidelium, vt non detur legitimum matrimonium, quin ſimul, ſit verum Sa-
250 cramentum; Vnde ab omni probabilitate illorum ſpeculatio

Digitized by Google

tio excluditur, qui etiam in fidelium matrimonio diſtinctam
conſiderant rationem contractus, à ratione Sacramenti. Quę
251 præciſio ſi in iudicialibus locum haberet,omnia ſacra à iuriſ-
dictione laici Principis penderent, cum materia omnium Sa-
cramentorum ſui natura pertineat ad laicalem iuriſdictionem,
vt patet in vaſe Aureo, argenteo, prædijs, Domibus, & ipſiſ-
met hominibus,qui ſunt prætioſior pars Reipublicæ politicæ;Et
tamen poſtquam homines ordinati ſunt, & clericali caractere
inſigniti,Vaſa aurea,& argentea per conſecrationem effecta ſunt
ſacra, Prædia, domus donatione facta ſunt Eccleſiaſtica, illicò
natura ſua exempta remanent à iuriſdictione Principis laici, &
omninò tranſeunt in poteſtatem Eccleſiæ, vt in terminis com-
muni Theologorum, & Canoniſtarum voto docent *Diana tract.*
*de Immunit.reſol.*340.*num.*4.*Del Bene tract.de Immunit.tom.*1.*cap.*
8.*dub.*20.*ſect.*1.*num.*10.*Fagnan.in Comment.ad cap.Vtrum autem*
*de Cognat.Spirit.in fin.num.*19. vbi contrarium dicere impium eſ-
ſe affirmat. Quodque nulla lex Ciuilis poſſit inſtituere impe-
dimenta matrimonium irritum facientia, niſi prius eadem im-
pedimenta fuerint ad eundem finem recepta per Eccleſiam, ſi-
milique lege confirmata, docent *DD.* ſupra relati, inter quos
Launoius audiat ſaltem doctrinam illorũ, qui natione ſunt Galli,
ſcilicet *Bann. Petr. à S. Ioſeph. Ioan. Petit. & Gamache.Clariſ-*
ſimi Sorbonicæ. Academię luminis, cuius verba retuli ſupra.

Probata etiam noſtra Aſſertio remanet exemplo Chriſti, qui
vt habetur *Luc.* 12. Iudicium de hæreditate inter fratres ferre
252 noluit; cauſam verò Diuortij, & repudij, vt habetur *Matth.*
15. *& Marc.* 10. non politicis Iudicibus remiſit, ſed ipſe ex
tempore ſoluit, nouamque inſuper legem repudij abrogatoriam
condidit.

Eccleſiæ quoque auctoritatem circa matrimonia euidenter
253 declarat *D. Paul.* 1. *ad Cor.* 7. dicens: Hiſqui matrimonio
iuncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus. Vnde obſtu-
peo quomodo *Launoius* Vir eruditione excellens, Decretorum
à SS. Concilijs promulgatorum, necnon alijs Apoſtolicis Con-
ſtitutionibus haud ignorus, non viderit, quid ſentiant, & ſen-
tire poſſint præſtantiſſimi DD. Sorbonici de ſua opinione, &
non viderit, quo pacto ſe opponere poſſit communi Theologo-
254 rum, & Canoniſtarum ſcholæ. Quin melius dicam ipſimet
veritati. Matrimonium enim eſſe Sacramentum à Chriſto Do-
mino inſtitutum. De Sacramentis agere ad ſolam Eccleſiam
pertinere. Sunt Aſſertiones Catholicæ,& contrarium aſſerere im-

Digitized by Google

pium, atque hæreticum eſſet. Vt quoad primam ad literam colligitur ex *Trid. can.* 1. *ſeſſ.* 24. *de Sacr. matrim.* ibi ſi quis dixerit matrimonium non eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre anathema ſit. Eſt text. in *cap. Abolenda de hæret.* & vno ore fatentur *Tertull. in exhor. ad caſtitatem cap.* 5. *verſ. vno matrim. Iſidor. Hiſpalen. de offic. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 19. *Mag. in* 4. *diſt.* 33. *vbi Durand. quæſt.* 1. *Thom. Argent. art.* 3. *Iodoc. Cocc. in Theſau. Cathol. tom.* 2. *lib.* 9. *art.* 2. *Perez leg.* 1. *gloſſ. que es el paraiſo. pag.* 20. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordin. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſſ. princ. num.* 15. *Sayr. de Sacram. in gen. lib.* 1. *cap.* 2. *qu.* 2. *art.* 4. *verſ. quod vero ad matrimonium Valent. tom.* 4. *diſp.* 10. *qu.* 1. *punct.* 5. *Petr. Ledeſm. in ſum. part.* 1. *de Sacram. vbi de matrim. c.* 1. *concl.* 1. *&* 19. *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 2. *diff.* 18. *num.* 5. *Sanch. de matrim. lib. diſp.* 20. *Gutier. eod. tract. cap.* 42. *Bonac. eodem tract. quæſt.* 2. *punct.* 1. *num.* 2. *Rebell. de oblig. iuſt. part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *Valer. Reginald. in prax. for. penit. lib.* 31. *cap.* 1. *à nu.* 2. *Coninck de Sacram. tom.* 2. *diſput.* 24 *dub.* 2. *à nu.* 5. *Fernandez in exam. Theol. moral. pag.* 3. *cap.* 18. *num.* 1. *&* 7. *Layman. Theol. moral. tract.* 10. *pag.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. *Hurtad. de matrim. diſp.* 4. *diff.* 1. *Turreblanc. de iur. ſpirit. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 46. *& c.* 14. *à num.* 4. cum cæteris ab ipſis, & à nobis ſupra relat. Adeò vt
255 non ſit inter DD. Orthodoxos, qui de hoc dubitare audeat, & ſoli Etherodoxi matrimonium Sacramentum eſſe negent.

Quoad ſecundam verò aſſertionem etiam ad literam colligitur *ex can.* 12. *dicta ſeſſ.* 24. ibi *ſi quis dixerit cauſas matrimoniales non*
256 *ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos, anathema ſit*. Quæ item aſſertio eſt ita veritati Catholicæ innixa, vt inter Orthodoxos, DD. præter *Petrum Soto ſect.* 4. *de matrimon.* ab omnibus communiter reprobatum, vt dictum eſt ſupra. *Et Ioannem prapoſitum in* 3. *part. D. Thom. quæſt.* 7. *de imped. matrimon. dub.* 1. *numer* 1. vbi ſe ſubſcribere videtur opinioni *Petri de Sot.* ideoque à *Diana de Immunit. tract.* 2. *reſol.* 222 *numer.* 5. itidem reprobatum. *Rabardeum de Cauendo Shiſmate*, cuius doctrinam Sac. Cong. vniuerſalis Inquiſitionis damnauit de Anno 1641. vt adnotaui ſupra; non ſit qui dicat poſſe laicos Principes inſtituere leges fidelium matrimonia impedientes, & dirimentes, nec non habere ius in illis diſpenſandi, quod vult, & probare enititur integro *ſuo Tract. Lannoius*, vt ipſius cantilenas confutando in *cap. ſeqq. patebit*.

Qui-

Digitized by Google

257 Quinimo Thema *à Launoio* propoſitum nedum non probant, ſed exdiametro ipſum deſtruunt *Pariſienſium, Burdigalenſium, Remenſium, Muſſipontanorum, Louanienſium, Duacenſium, Salamanticenſium, Complutenſium Italorum, nec non Societatis Ieſu & variarum nationum Orthodoxorum Theologorum* Auctoritates ab ipſo ſigillatim *in prima pate ſui tract.* relatæ. Quia DD. ipſi qui docent poſſe Laicos Principes ex natura ſuæ poteſtatis apponere leges, & impedimenta matrimonium dirimentia. Fatentur vſum huius poteſtatis ſæcularibus Principibus ab Eccleſia interdictum eſſe, adeò vt non ſit hodie integrum Principi ſæculari fideli diſponere aliquid circa matrimonia impedienda, & diſſoluenda, & ciuiles leges, vel aliæ laicales ordinationes ſeù ſtatuta, quæ ab Eccleſia approbata non reperiuntur quoad fidelium matrimonia nullius ſint momenti, quia matrimonij contractus hodie limites naturæ excedit, & Chriſti inſtitutione ad eſſe ſupernaturale Sacramenti eleuatus reperitur. Ita vno ore, vna mente, vno dicto fatentur DD. omnes tam *Theologi* quam *Canoniſtæ*, nec non *Neoterici* ipſi *Iuriſconſulti*, quos ſequitur & refert *Sanch. lib. 7. de Imped. matrim. diſp. 3. num. 2. 3. 4.* nec non quos reprobando plena manu allegant *Diana de Immunit. tract. 2. reſol. 222. num. 3. reſol. 340. num. 6. 7. 8. 9. & 10. & in reſol. 342. per tot. Thom. del Bene tract. de Immunit. Tom. 1. cap. 8. dub. 20. Sect. 1. nu. 12. verſ. Quod ſi.* Vnde apud omnes
258 Orthodoxos, vel ex ſui natura, vel ex reſeruatione Eccleſiæ, inconcuſſum remanet non poſſe Principes fideles conſtituere leges matrimonium impedientes, & dirimentes. Sed cauſas matrimoniales ſimpliciter, & abſolutè eſſe Eccleſiaſticas, & ad Eccleſiaſticam iuriſdictionem pertinere, & ſolas Eccleſiæ leges vbi de fidelium matrimonio agitur attendendas eſſe, vt patet ex ſupra deductis, & clarius patebit ex infra dicendis in ſequentibus aſſertionibus.

Hinc vbi agitur de matrimonijs contrahendis Eccleſiaſticæ duntaxat leges & impedimenta a iure Canonico conſtituta in conſideratione habentur, quæ ſunt in duplici differentia, alia dicuntur impedientia, & non dirimentia. Alia verò impedientia,
259 & dirimentia. Impedimenta quæ matrimonium licitè contrahendum impediunt, ſi verò contractum ſit non dirimunt, his verſibus habeantur expreſſa.

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum.
Atque Catechiſmus, ſponſalia, iungito votum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

260 Im-

Digitized by Google

260 Impedimenta verò, quæ non ſolum matrimonium contrahendum impediunt, ſed contractum dirimunt, his verſibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Si parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis.
Raptaue ſit mulier, nec parti reddita tuta.
Hæc ſocianda vetant, connubia facta retractant.

Quorum quædam iure ipſo naturæ matrimonium dirimunt, quædam verò ideò dirimunt, quia Iure Eccleſiæ ad dirimendum ſtatuta fuere, vtraque autem eruditè explicantur à *Sanch. dicto lib. 7. diſp.* 6. & paſſim ab omnibus de matrimonio loquentibus, adeò vt nullus ſit inter *Neotericos Iuriſconſultos*, qui non do-
261 ceat leges ab Eccleſia promulgatas cum impedimento dirimente ipſo iure matrimonium contra ipſas de facto contractum irritum facere. Vt euidenter colligitur ex his, quæ docent *Barboſ. In Collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. Fagn. in Comm. ad 5. lib. Decret. in Tit. de Sponſ. & matrim. de Cognat.*
262 *ſpirit. de ſponſ. impub.* An verò leges Eccleſiæ de impedimentis matrimonij hæreticos obligent; Vid. *Gobat. experient. Theol. Sacram. tract. 9. pag.* 603.

ASSERTIO SECVNDA.

Nullius ſunt momenti, & roboris leges Ciuiles, Laicalia ſtatuta, aut conſuetudines, directè, vel indirectè Matrimonij libertatem impedientes inter Fideles.

263 QVoad ſecundam Aſſertionem attinet eius irrefragabilis veritas patet ex his, quæ latè dicta ſunt, & quæ habentur in prima Aſſertione, vbi quoad ciuiles leges. Tum ex natura Rei Sacræ, quæ ratio inſeparabiliter ineſt matrimonio Fidelium. Tum ex reſeruatione Eccleſiæ, inconcuſſe firmatum remanet non poſſe Sæculares Principes inſtituere leges matrimonij ſubſtantiam reſpicientes, vel ipſum impedientes, & dirimentes; èx quo ſequitur quod neque etiam circa matrimonij acceſſoria aliquid diſponere poſſint, ſi eo acceſſorio impeditur principale, quia nimirum matrimonij libertas ſublata remanet, vt eruditè docet *Pont. de matrim. lib. 7. cap. 2. num. 3. & 4.* notant *Ricc.*

Dec.

Dec. 178. *Bellet. diſquiſ. part. tit. de exempt. Cler. à ſtatut. ſæcul.* §. 4. *num.* 43. & 44. quos refert. *Dian. de Immunit. Tract.* 2. *reſol.* 221. *num.* 1. 2. & 3. Benè explicat *Couar. in* 4. *Decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *num.* 16. vbi ait Planum eſſe ſolum Romanum Pontificem poſſe ſtatuere circa matrimonia contrahenda, vel prohibendâ, & id ad ſæculares Iudices non pertinere. Eruditè aduertit *Thom. de Ben. de Immunit. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 20. *Sect.* 4. *per tot. vbi num.* 1. docet, quod leges ciuiles aliquid, circa eſſentialia matrimonij ſtatuentes, niſi explicitè, vel ſaltem implicitè à iure Canonico approbentur, etiam ſi explicitè non reprobentur, irritè ſunt.

Et quidem matrimonium diuinitus inſtitutum, & in natura
264 fundatum *Geneſ.* 1. *Matth.* 19. *l.* 1. §. *ius naturale ff. de iuſt. & iur.* vt ingenuis ſui iuris hominibus liberum ſit æquitati naturali conueniri ab omni æuo iudicatum fuit. Vtque Eccleſiaſtica
265 iura mittam ipſiſmet legibus ciuilibus ex Imperatoris reſcripto ſancitum habemus, quod in matrimonio contrahendo ſumma libertas, & conſenſus liberrimus eſſe debet. *l. nec filiam* 12. *l. neque ab initio* 14. *C. de nupt. leg.* 2. *de inutil. Stipul. Iuriſconſul. in l. capite* 19. *ff de ſponſal. & leg. Titia ff. de verb. obligat.* Videri poſſunt *Franciſ. Pfeil. conſ.* 12. *num.* 4. *Io. Harppr. ad princ. inſt. tit. de nupt. num.* 59. *Ricc. for. Eccleſ. dec.* 131. *num.* 1. *Carpzou. lib.* 2. *Iuriſpr. Conſiſtor. tit.* 2. *defin.* 27. *num.* 13. *Canoniſta in cap. requiſiuit. de ſponſ. Alciat. in dicta l. Titia num.* 2. *Gabriel. conſ.* 186.

Hæcque libera nubendi facultas nedum ex his, quæ dicta ſunt ſupra, attentis Eccleſiæ decretis indiſtinctè obſeruatur, & vtriuſque ſexus perſonis exæquo attribuitur, vt patet *ex cap. requiſiuit cap. cum locum. cap. Gemma. de ſponſal.*, ſed ipſe ciuiles leges hanc libertatem in matrimonijs contrahendis deſide-
266 rant. Ideoque ſi mulier ſui iuris de nuptijs ſuo arbitrio conſtituit, neque Curatoris, neque Propinquorum conſenſum requirere tenetur *per l. in copulandis* 8. *C. de nupt. l. ſciendum* 20. *ff.*
267 *de Nupt. Tulden. in C. tit. de Nupt. num.* 2. Quin neque Patris conſenſus, ipſo iure ciuili attento, in nuptijs filij ſemper eſt neceſſarius. *l.* 25. *ff. de nupt. Brunneman. Comment. in C. ad l. in copulandis. C. de Nupt. Milerius Gamologia cap.* 2. *num.* 2. Proin-
268 de imperialibus reſcriptis conſtitutum habetur, quod matrimonia etiam à pæna libera eſſe debeant. *l. libera* 2. *C. de inutil. ſtipul. l. fin. C. de ſponſ. l.* 134. *ff. de verb. oblig.* ibi: *Quia inhoneſtum viſum eſt, vinculo pænæ matrimonia obſtringi.* Et hoc vt

teſta-

Digitized by Google

tur *Miler. d. cap. 2. num. 2.* non tantum ſi ipſæ perſonæ contrahentes pænam addant, ſed etiam ſi earum conſanguinei vincula libertati iniјciant, per quæ à matrimonio abduci probabile ſit, diſertè aduertit,& docet *Sanch. de matrim. lib. 1. diſp.* 80. *Trentacinq; lib. 3. de matrim. reſol. 2. nu. 10. Miler. Gamolg. d. c. n. 2.*

Hanc verò matrimonij libertatem vtriuſque iuris legibus in matrimonijs contrahendis, requiſiam, ſtatutis, & moribus, ſeù
269 conſuetudinibus quorumdam Regnorum, Prouinciarum, & Ciuitatum reſtrictam eſſe probat *Launoius*, & ſanè in multis Regnis libera nubendi facultas publicis legibus ſtatutis, atque conſuetudinibus diuerſimode coarctatur, quæ ſigillatim recen-
270 ſet *Miler. Gamolog. d. cap. 2. nu.* 3.4 *&* 5. Sed videndum an leges iſtæ, ſtatuta, & conſuetudines iuſtitiæ, & equitati conueniant, & iure, an iniuria Reges coniugiorum ſint arbitri; Non me latet in hac parte eſſe Doctorum certamina, vt videre eſt apud *Matth. de Affl. de Feud. lib. 1. tit. Quib. mod. feud. amittat. §. præterea num. 4. Herman. Kirchner. de Republ. diſp. 15. Ærod. Rer. Iudic. lib. 4. tit. 15. c. 7.* Non tamen eſt inter Orthodoxos, qui admittat leges Principis ſæcularis habere vim dirimendi matrimonium, in facie Eccleſiæ legitimè contractum, vt quæ aliorum DD. auctoritatem prætercam, ſufficiat contra *Launoium Gamachæum* adducere, qui in *ſum. Theol. tom. 3. de Sacram. ma-*
271 *trimon. capit. 15. verſ. probatur.* ait *Ac proinde nequeunt laici Principes impedimenta ſtatuere hodie, quibus dirimantur matrimonia Chriſtianorum, cum nempè Eccleſia ſolemnibus decretis, id reſeruarit; & Chriſtus hanc ei dederit reſeruandi poteſtatem, ſed ſolum*
272 *proprio iure ſtatuere poſſunt de matrimonijs, quatenus opus fuerit ad ſtatum politicum, & ſeruandam inter ſubditos tranquillitatem, exempli cauſa de dotibus, de iure ſucceſſionis, de mutua donatione inter coniuges, de ſpurijs, & illegitimis; poſſunt etiam ſtatuere, ne matrimonium contrahatur abſque conſenſu parentum, & hanc, vel illam ætatem, & per pactum clandeſtinum &c. Taleſque eorum leges verè obligant in conſcientia, quando nihil admiſcetur contra rectam rationem, aut deffinitionem Eccleſiæ, ſed interim non habent vim dirimendi, ita vt matrimonia reddantur inualida, niſi Eccleſiæ approbatio, & auctoritas acceſſerit.*

Et quamlibet in hac parte diſputandi cauſam dirimit *S. Trid. Concil. ſeſſ. 24. cap. 9. de reform. matr.* vbi ſub anathemate interdicitur Principibus ſæcularibus directè, vel indirectè impedire libertatem matrimonij ibi: *Ita plerumque temporalium dominorum, ac Magiſtratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupidi-*

tates

Digitized by Google

tates excercent, vt viros, & mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis, pœnis adigant cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi domini, vel magiſtratus illi præſcripſerint. Cum maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, prohibet Sancta Synodus omnibus cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtant, ſub anathematis pœna quam ipſo facto incurrant, ne quouiſmodo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogant, quo minus liberè matrimonium contrahant Vide in terminis quæ notant & docent *Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 6. §. 6. lit. G. Guttier Canon. lib. 1. cap. 20. num. 32. diſertè Sanc. de matrim. lib. 2. diſp. 27. & lib. 4. diſp. 22. à num. 8. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 176. Pont. de Imped. matrim. cap. 29. §. 12. Rebell. de oblig. iuſt. lib. 3. quæſt. 9. num. 1. Bonac de matrim. quæſt. 3. punct. 8 num. 34. & de excom. in porticul. extr Bull. diſp 2. quæſt. 2. punct. 6. Gutier de matrim. cap. 79. à num. 8. Hurtad. eodem tract. diſp. 6. diffic. 7. Rip. lib. 3. de ſponſ. matrim. conſ. 11. Thom. del Bene de Immunit. Tom. 1. cap.*

274 *8. dub. 20. ſect. 2. nu. 7.* in qua ſectione docet Principes conſtituentes de facto impedimentum aliquod matrimonium dirimens peccare, & matrimonium contra tale impedimentum contractum validum eſſe.

275 Laudat *Miler. Gamolog. cap. 2. de matrim. Princip. nu. 7.* plenam in coniugijs celebrandis libertatem, qua gaudent Principes & Status Imperij Romani Germanici, & quæ indè proueniunt bona eruditè recenſet, quod & notant *Aru A. in Comment Aur. Bull. tit. 15. Iacob Zcuecot. obſer. Polit. cap. 1. §. 2. in fin. Beſol. tract. de nupt. cap. 6 num. 4. Matth. Caſtritius de heroic. Virtut. Princ. German. lib. 2. cap. 7. Henric. Salnutth. in reſp. iur. pro matrim. Princ. cum virg. nob. fol. 153.* Exempla exotica videri poſſunt apud *Nicol. Bethſ. trac. de pact. de fam. Illuſtr. cap. 6. fol. 166. Flor. lib. 4. cap. 2. num. 13. Ioan. Freinsh. in not. ibidem lit. V. Ipſeque Miler dicto cap. 2.* vbi Politicas

276 in matrimonijs contrahendis leges examinat *n. 9.* ait: *Vnde Politicæ hæ cè magnatum conninctiones magis ſecundum ſtatus rationem, quam ſecundum Eccleſiæ rationem expediuntur ideoque infauſta ſæpè comperiuntur. Comina. Hiſtor. lib. 7. cap. 3. ac lib. 8. c. 15.*

277 Quod communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia quoad leges Ciuiles in concuſsè firmatum remanet, à fortiori militat in ſtatutis, Pragmaticis, & conſuetudinibus directè vel indirectè matrimonij libertatem impedientibus quæ quidem nullam vim legis habent in matrimonijs impediendis, vel diri-

mendis, niſi per legem Eccleſiaſticam approbata reperiantur vt conſtat ex ſupra deductis,patet ex *Trid.ſeſſ.24.de reform. matrim.can.4.& 12.*nec non *cap.1.& cap.20.* Et quamuis Canonem 12.*Trid.Rabard.fol.*112.quem ſequitur *Launoius*, vt infra in *ſeq. cap.*videbimus, intelligendum aſſerat, contra hæreticos docentes cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos quia matrimonium rem ſacram eſſe negant; Et ex dicto *can.12.* deducendum non eſſe, quod Laici Iudices ius dicere non poſſint in cauſis matrimonialibus, quorum intelligentia pendet ex legibus, Edictis, & Ordinationibus Regijs latis circa matrimonium quatenus eſt contractus.Ridicula tamen eſt hæc opinandi ratio,quæ nedũ repugnat eſſentiæ rei,quæ ſacra natura ſua à laicali iuriſdictione eſt exempta, ſed literę præfati *Canonis* 12. ibi *ſi quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos anathemaſit* vt diſertè probant *Theologi*, cum *Canoniſtis*, & colligitur ex his quæ docent DD. quos plena manu refert *Barboſ. in Collect. ad Concil. dicta ſeſſ. 24. fol.* 245. explicat *Dian.* expendendo locum Tridentini de cognitione cauſarum matrimonialium *tract.2.de Immunit.reſol.341.per tot.*

279 Hinc dico non valere ſtatutum in quo cauetur, ne filius, vel filia ſine conſenſu Patris contrahere poſſit alias ab hæreditate cadat pro cuius validitate ſtare videntur, quæ ex *Soto* tradit *Ledeſm.in ſum.tom.2.in addit ad matri. com.7. concl.5.* & ex *Neotericis* pro validitate talis ſtatuti contendunt *Cancer.p.1.cap.24. num.4.& p.3.cap.4.num 4.Menchac.tract.de ſucceſſ. creat.§.10.nu.* 628. *Lup.in repet.cap.per verba. num.3.§.3. num.9. de donat. inter*
280 *vir.& vxor.* Nam cum tale ſtatutum diſponat de ſpiritualibus conſequenter eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſtatuta verò, & quæcumque aliæ ſeculares conſtitutiones libertatem Eccleſiaſticam infringentes, nedum nullius ſunt roboris, ſed omni iure reprobatæ habentur; Quin, & ſimplicia laicorum ſtatuta in rebus ad forum Eccleſiæ pertinentibus nullius eſſe firmitatis, patet ex *cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſt.* & ibi, vno ore docent *Canoniſtæ*, plenè *Corneio in 3. part.tract.6.de Imped.matrim. diſp. 7.dub.4. per tot.* Et contra quamdam Hiſpaniæ legem ſeù ſtatutum imponentem pænam filijs ſine Patris conſenſu nubentibus, quod defendit *Ledeſm.loc cit.dicta concl.*5.inſurgunt etiam *DD. Hiſpani Couar.4.decr.p.2. cap.3.§.8.num.5.6. & 7. Molin. de rit. nupt.lib.2 diſſ 7.num.14 Veracuz.Spec. coniug.p.3. art.20. concl.3. tract.2.Cor.lub.tract.caſ.conſ.q.171.Nauar.in Manual. cap.14. nu. 15.Molin.de primog.lib.2.cap.16.num.6.Guttier.pract. quæſt. lib.2.*

Digitized by Google

*q.1.num.2.Matienzo in leg.1 .t.1. gloſ.4.num.2.lib.5.*cum alijs ab ipſis relat. *Notat.Ludou.Mor.conſ.97. num.8.* vbi multos adducit *Martin.Vran.lib.1.conſ.4.num.34. Ranſner. lib.1. conſ.10. Bellett. diſquiſ. cler tit.6. §.4. num.43.* ait; neque vim legum habent leges, quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus, ſine Parentum conſenſu, etſi Principes eas tulerint ad honeſtatem perſuadendam, quæ conſiſtit in exigendo parentum conſenſu ab ipſis filijs ad contractum coniugalem; non tamen habent vim cum id ſpectet ad Summum Pontificem. Laici etenim nihil ſtatuere poſſunt, quod matrimonij liberum conſenſum impediat, etiam circa accidentia ipſi matrimonio, ita *Bellett.* aliorum auctoritate hanc ſententiam confirmans, de qua & non eſſe dubitandum ex iuribus & rationibus per *Marth.* adductis, *tract.de iuriſd.part.4 cent.1. caſ.80. num.5.* aduertit *Diana de Immun.tract.2.reſol.223.num.2.in fin.*

281 Et quidem in terminis ſtatuti, ſeù legis municipalis prohibentis filijs ſine parentum conſenſu matrimonium contrahere, quod ſit nullius roboris, atque ideò pœnæ à ſtatuto impoſitæ nullæ ſint, ſed iure Canonico abrogatę concludunt *Pichar. in princ.Inſt.de nupt.num.6.&* 11.*& in princ. de inoff. teſtam. num.9. Petr. Ledeſm. in ſum.p. 1. de matrim cap.7.concl.5. dub.vnic.Viui. deciſ. Neapol. 523. num. 3. Ceuall. com. cont. com q.5. num 2. & 314.num.3.Barboſ.lib.1.p.num.27.32. & 35.ff ſolut. matrim. Gutier.canon.lib.1.cap.20.num.2.& lib.2.q.1. & de matrim. cap. 80. Valdeſ.ad Xue.l.2.tit.de los caſamientos pag.*50.*Bapt.Coſta de ſcient. & ignorant. cent.2. diff.40. num.71.& reg.11. Mart.de iuriſd. p.3. cent.1. caſ.70. Molin. de ritu nupt. lib.2.diff.7. num.9. & ſeqq. Maſtril.dec.Sicil.163.Graua ad pract.Camer.Imper.lib.2. concl.65.* Ex Theologis Societatis Ieſu *Henriq.in ſum.lib.11.cap.6. §.1. lit. C. Azor inſt.Moral.p.2. lib.2. cap.2.Molin. de Iuſtit tract. 2. diſp.176. verſ.dubium Sanch.de matrim.lib.3.diſp.47.num.12. Rebell.p.2. lib. 2.q 14.ſect.fin.Coninck.de Sacram.tom.2.diſp 28.num.48.cum ſeqq. Reginald. prax. for.pœnit. lib.16. n.19.verſ. qood verò attinet, cum* alijs ab ipſis relati; Quin notandum quod DD. allegati à *Sanch. dict.lib.3.diſp.47.num.12.* aſſerentes legem Hiſpaniæ, quę eſt 49. Tauri, & hodie habetur *lib.5.tit.1.l.1.* validam eſſe, neque iure Canonico correctam fuiſſe, non ſe fundant in clandeſtinitate matrimonij proueniente ex defectu conſenſus parentum, ſed loquuntur in terminis matrimonij celebrati non ſeruatis ſolemnitatibus ab Eccleſia præſcriptis, quod proprie dicitur matrimonium ab Eccleſia prohibitum, quæ è contra ad tuendam

282 matrimonij libertatem licet ſemper deteſtata ſit matrimonia à filijs familias ſine Parentum conſenſu contracta, hunc tamen conſenſum non de neceſſitate ſed de honeſtate tantum exigit, vt docet *gloſſ.in cap.ſufficiat 2.q.1.& in cap fin.32.q.2. Tiraq. ad l.connub.l.9.num.3. & in his terminis intelligi debent verba c. Aliter.30.q.1.* & benè notat *Magiſt.ſent.in 4.diſt.28.§.& omnes* DD. ſupra citati, nec non alij quam plures quos refert *Valer. diff. int.vtrum.for.verb.matrimonium diff.1.*

Dico ſecundò nullius roboris eſſe leges à Principe ſæculari latas aduerſus filios contra iuſtam parentum voluntatem nubentes, quicquid in contrarium ſentire videantur *Molin. Rebell. Pont.Cancer.& Anguian.* relat à *Dian.reſol.224.tract. 2.de Immun.* Huiuſmodi enim leges repugnant Iuri Canonico omnimodam

283 in matrimonijs libertatem expoſcente, *cap.locum,cap.requiſiuit. de ſponſal.dicto cap.ſufficiat.27.q.1.de ſponſ.impub.* quibus Iuribus probatur liberum eſſe vtriuſque ſexus liberis poſt annos pubertatis, nullius requiſito conſilio, nullius expectato conſenſu, matrimonia legitimè contrahere, adeò vt, nec cuiuſquam pœ-

284 næ metu libertas huiuſcemodi reprimi poſſit *cap. Gemma de ſponſ. Vnde Valer.differ.int.vtrumque for.verb.matrim diff.1. num. 2.& ſeqq.* tales leges tanquam improbas in foro conſcientiæ

285 damnat & reprobat, ſicut ipſas damnant DD. quos citant *Molin. de rit. nupt. nupt. lib. 2. diff. 7. num. 57. Bellet. diſq. cler. par. 1. tit. de exempt. cler. à ſtat. ſæcul. §. 5. num. 43. plenè Sanch. de Matr. tom. 1. lib. 4. diſp. 25. num. 2. Vaſq. in 3. p.tom.4. diſp. 4. de matrim cap. 2. num. 24.* Hæc eſt communis ſententia, de qua teſtatur *Molin. de Iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 176.* Adeò vt non ſolum nullæ, & inualidæ ſint leges Principis Laici ſi corporalem, vel alteram pecuniariam pænam imponant filijs ſine conſenſu parentum contrahentibus ſed ſi id ſtatuant ſub ſimplici pæna exhæredationis, vt docent vno ore Doctores, quos plena manu collegit, & refert *Sanchez. de matrim. lib.4.diſp.25. num. 2.* docent cum communi DD. *Machad. de Perfect. Confeſſ. tom. 1. lib. 6. part. 7. tract. 6. docum. 19. num. 6. Auerſ. de matrim. quæſt. 3. Vaſquez. de matrim. loc. cit. Bonacin. tom. 2. diſp. 6. quæſt. vnic. punct. 6. §. 3. num. 5. & ſeq. Trullench. in Decal.* cum alijs relat. *à Dian. tract. 2. de Immunit. reſol. 343. num. 12.*

286 *vbi contra Rabard.* probat matrimonium contractum à filijs familias ſine conſenſu parentum non obſtantibus prohibitionibus Principis Laici validum eſſe, quod indiuidualiter non obſtantibus legibus *Henrici II.* & *Henrici III.* Regum Galliæ annul-

Digitized by Google

annullantibus matrimonia ſine conſenſu parentum inita docet *Baun. Theol. moral. p. 1. tract. 12. quaeſt. vlt. Aſſert. 3.* Et contra quoſdam ſcriptores Gallos, qui cum viderent conſenſum Parentum ab Henrico II. lege Anno 1556. promulgata, & ab Henrico III. Anno 1585. ad valorem matrimonij filiorum exigi, cenſuere, cum hic deficit matrimonium quoque deficere. *Beia part. 1. caſ. 18.* Quin imò vt loco citato aduertit ingenioſe *Baunius.*

287 Probabile eſt non modò iure Canonico, ſed neque Ciuili conſenſum patris ad validitatem matrimonij à filio contrahendi neceſſarium eſſe quod & affirmat *Soarius p. 2. deſponſal. Guibert. Coſtan.* in ſuis Memorialibus, *Petrus à S. Ioſeph. Idea Theol. Sacram cap. 38. reſol. 8. & Iſaacius Habert. de conſenſu Hierarchiae, &*

288 *Monarchiae lib. 6. fol. 52.* vbi & teſtatur in Gallia nunquam ex edictis Regis fuiſſe prohibitum matrimonium, abſque conſenſu parentum initum ſub poena nullitatis, prout vult *Launoius* vt in *cap. ſeq.* videbimus.

Non me latet diſpoſitio *text. in l. nuptiae la 2. ff. de rit. nupt.* vbi

289 irrita declarantur matrimonia inuitis parentibus inita: ibi: *nuptiae conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant contrahentes, ideſt qui coeunt, & quorum in poteſtate ſunt.* Sine tamen impiae temeritatis nota negari poteſt, quod ius Ciuile hac in parte non ſit à iure Canonico correctum, vt colligitur ex decreto *Conc. Tolet. III.* relato in *cap. hoc Sanctum vbi gloſ. verb. Parentum 32. q. 2. ex cap. ſufficit 22. q. 2. cap. Tuae de ſponſal. & cap. cum cauſa de raptor.* Ex quibus Apoſtolicis Conſtitutionibus quamuis pateat quam ſint aduerſa bono communi, & tranquillitati Reipublicae, renuentibus parentibus inita connubia, ex quo has nuptias iuſtas non haberi dixit *Iulianus in l. nuptiae C. de nupt. & Inſt. eodem Tit. in princ.* Ac propterea Ciuiles leges quibus ſancitur filiam ante annum ętatis 25. parentibus inuitis nubentem ab eis exhaeredari poſſe, vt in *Auth. vt cum de appellat. cognoſc. §. ſi alicui col. 8.* & patet *ex text. iuncta ibi gloſſ. in Auth. ſed ſi poſt. C. de inoff. teſtam.* non eſſe à Sacris Canonibus correctas dixerint *Calder. in cap. 1. de Clandeſt. deſponſ. poſt Abb. antiquum & Ioannem de S. Georg tradit Felin. in c. Eccleſia S. Mariae num. 59. de Conſt. Bald. in cap. Tenor. de ſent. & re iudic. & in l. omnem ad fin. C. ad S.C. Tertul. Sot. in 4. diſt. 29. q. 1. art. 4. ad 4. Molin. lib. 1. de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 176.* Quin imò non deſint, qui primis Eccleſiae temporibus putarunt matrimonia filiorum familias ſine parentum conſenſu, iure etiam Eccleſiaſtico irrita fuiſſe, quod ex recentioribus mordicus tuetur *Pont. de matrim. lib. 2. cap. 1. §. 1.* & conſtare

ſtare videtur ex *decret.Concil. Aurelianen.IV.cap* 24. Quod apud Græcos apertiùs colligi videtur ex *Epiſt. S. Baſilij ad Amphilochium cap.*3.& aduertit *Theodor.Balſamon.in Comment.eius epiſt. ad cap.*38. quæ omnia eruditè perpendit *Pont. loc. cit.*

Nihilominus tamen vt eruditiſſimè cum Theologis & Cano-
290 niſtis docet *Fagn.in com.ad cap. Tua de deſponſ. Impub.* ſententia qua fertur matrimonia inuitis parentibus in Eccleſia aliquando fuiſſe irrita,iure defendi non poteſt. Habet enim pro fundamento *Euariſti Papæ* decretum in *cap.Aliter.*30. *q.*5. quod *Pontius* mutilatè refert. Et ſenſus huius decreti non eſt quod coniugia abſque ſolemnitatibus ibi præſcriptis inita ſint nulla, ſed tantum vt tanquam clandeſtina illegitima reputentur, ac veluti fornicationes,& adulteria in foro externo, quandiù contrarium probatum non fuerit habeantur; In hunc etiam ſenſum *Euariſti* decretum accipit *Gratian.in* §. *ſed obycitur poſt. cap. nec illud & in* § *his ita poſt.c.ſi quis diuinis.*30. *q.*5. ita docet *Bellarm.lib.*1.*de matrim.cap.*20. vbi hæreticorum calumnias reijcit. His accidet, quod in *Gratiani Codice* loco dictionis, *etiamſi*, cum qua *Euariſti* decretum refert *Pontius*, legitur, *niſi*, & ſecundum hanc lecturam omnia ſunt plana,quia *Textus in d. cap. Aliter* contrarium probat eius, ad quod a *Pontio* allegatur. Quinimò hodie neque aliter legi poteſt,quia *Gregor.XIII.Gratiani decretum* vna cum *Decretal.Greg.IX. Sexto,Clementinis, & Extrauagant.* imprimi ac diuulgari iuſſit, ſtatuitque ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ ne huiuſmodi libris de mandato ſuo recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, aliaque interpretamenta adiungere liceat,ſed proutOpus huiuſmodi impreſſum fuit Romæ, ſemper, & perpetuò integrum, atque incorruptum conſeruetur vt patet ex eius Bulla, quæ incipit: *Cum pro munere dat.* 1.*Iuly* 1580.poſita in principio *Decreti.*

291 Decretum verò Aurelianenſis Concilij, vt optime reſpondet *Fagn.loc.cit.num.*22. intelligendum eſt, quoad Thorum, & cohabitationem, non quoad fædus, & coniugij validitatem. Tantumque abeſt, quod reperiatur Canon, vel alterum decretum Eccleſiaſticum, quo coniugia filiorum familias facta ſine voluntate & patris conſenſu nulla, & inualida declarentur, vt *Bauni.in Theol.moral.part.*1.*tract.*12.*q.vlt.Aſſert.*3. tradat. Probabile eſſe, non modo iure Canonico, ſed nec Ciuili conſenſum Patris ad matrimonij validitatem neceſſarium eſſe, quod & probant *Soarius part.* 2. *de ſponſal. Guibertus Coſtanus in ſuis*

me-

memorialibus Petrus à S. Ioſeph. Idea Theol. Sacra. cap. 38. *re-ſol.*8. Quin bene notant *Boſſ. tract. de contract. matr. cap.* 11. §. 6. *n.*66. *Præpoſ. in* 3. *part. D. Thom. q.* 3 *de Sacram. matr. dub.* 3. *nu.* 32. ex Summorum Pontificum decretis & SS. Patrum dictis quæ habentur in *cap. non omnis cap. honorantur. cap. fin.* 32. *q.* 2. *cap. Noſtrates cap. Aliter.* 30 *q.* 5. ſolum oſtendi Parentum conſenſum decenter requiri, & matrimonia à filijs familias inuitis parentibus contracta eſſe prohibita, & non irrita; quod & *Boſſ. loc. cit n.*65. aduertit quoad leges Imperatorias, ex *Pontio, & Couar.*

292 Dicendum quidem, quod ſi quæ reperiuntur iura inuentia conſenſum parentum exigi ad matrimonia filiorum, exponenda ſunt, non quoad neceſſitatem, & valorem matrimonij ſed quoad honeſtatem. Nam cum matrimonium ſit contractus iuris naturalis, originem nimirum habens à iure naturali nobis in-
293 nato *l.* 1. *& Inſt. de Iure nat.* Iure verò Diuino in his quæ ſunt iuris Naturæ homo homini non teneatur obedire, ſed ſoli Deo, vt omnium magiſter docet *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 104. *artic.* 5. vbi exemplificat in his, quæ ad naturã corporis pertinent, nimirum ad ſuſtentationem corporis, & generationem. Ergo conclu-
294 dit *D. Thom.* nec ſerui Dominis, nec filij parentibus, & à fortiori, Dico contra *Launoium*, nec ſubditi Principibus, quoad matrimonium contrahendum ſubijciuntur. Vnde patet nullo vnquam tempore matrimonia inuitis parentibus contra-
295 cta, iure Eccleſiæ irrita fuiſſe, quod & non obſcurè innuit. *Trid. cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reform.* vbi abſque vlla temporum diſtinctione, illos anathemate damnat, qui falſo affirmant matrimonia à filijs familias ſine parentum conſenſu contracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe.

Vnde refellendi ſunt damnatæ memoriæ Auctores *Conradus Ritterſuſius differ. iur. Ciuil. & Canon. lib.* 1. *cap.* 3. *Vurmiſerus contr. iur. lib.* 1. *tit.* 10. *cont.* 5. *Georg. Accacius de priuileg. Parent. & liberorum priuil.* 6. *cap.* 6. *& ſeqq. Chriſtianus Kiebenthal colleg. politic. exerc.* 2. *qu.* 14. *Harpprechtus inſt. Iuſtin. tom.* 2. *tit. de nupt. à num.* 46 *vſque ad* 147. *Gentilis lib.* 4. *de nupt. cap.* 8. *Hilligerus in Donellum enucleatum tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 20. *lit. Q. Corruſius lib.* 1. *Miſcel. cap.* 17. *num.* 6. *& ſeqq. Boterus claſſ.* 1. *diſp.* 9. *theſ.* 8. *Arniſæus, de Iur. connub cap.* 3. *ſect.* 10. Et antequam Lutheraniſmum abiuraſſent, *Beſoldus, diſcurſ. de nupt. c.* 9. *n.* 1. *Hunnius, lib.* 1. *var. reſol. iur. ciuil. tract.* 3. *quæſt.* 18. cum alijs huiuſcæ farinæ Doctoribus aſſerentibus pro validitate matrimonij filiorum parentum conſenſum, non obſtante Con-

cilio

Digitized by Google

cilio Tridentino, neceſſarium eſſe. Quam doctrinam damnandam, vno ore cum *Canoniſtis* teſtantur *Theologi*, & ex commumuni Gallorum Theologorum ſententia docet eruditus *Iſaacius Habert. de conſenſu Hierarchiæ, & Monarchiæ lib. 6. fol. 52.*
296 vbi & teſtatur in Gallia nunquam Regijs edictis matrimonium abſque parentum conſenſu initum fuiſſe prohibitum ſub pæna nullitatis, contra id quod docuit *Rabard. Optat. Gall. ſect. 5. num. 8. fol. 124.* Qui neque ferendus in his quæ temerario auſu aſſerere non erubuit *fol. 122.* dum decretum *Trid. cap. 1. de reform. ſeſſ. 24.* circa matrimonia filiorum abſque Parentum conſenſu, reducit ad mores tantum, vnde non obli-
297 gare affirmat niſi vſu receptum fuerit. A qua quidem doctrina prorſus cauendum. Sacrorum etenim Oecumenicorum Conciliorum decreta circa nullitatem, aut validitatem alicuius Sacramenti, non ad mores, ſed ad doctrinam, & veritatem pertinent, ac propterea illicò omnes obligant, neque obliga-
298 tio pendet ab acceptatione populi, quicquid de alijs legibus dicendum ſit. In hoc ſtat Caluini error *lib. 4. Inſtit. cap. 19. §. 37. Ritiherſuſij* & aliorum Etherodoxorum, quos ſupra retuli, aſſerentium ad valorem matrimonij exigi parentum conſenſum; quorum ſententia *Tridentini* decreto reprobata venit, vt in ſpecie notat *Bellarm. lib. 1. de matrim. c. 19. & DD. comm.*

Verum tamen, quod & ſi hęc ità ſe habeant, quoad matrimonij nullitatem, & quoad pænas ſæcularibus legibus, Prag-
299 maticis, aut ſtatutis, vel conſuetudinibus contra filios inuitis parentibus nubentes impoſitas, quia cum matrimonia debeant eſſe libera, pænę vinculo impediri non poſſe, aut conſtringi dicendum eſt ex *d. cap. Gemma de ſponſal.* docet *Cyriac. contr. 343. num. 12. part. 2. Giouagnon. conſ. 17. num. 2. 3. & 4. lib. 1. Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 6 num. 7.* Nam vt dictum eſt ſupra cum Iure Canonico ad filij nuptias Patris conſenſus ſolum ex honeſtate requiratur *cap. vlt. vbi gloſſ. 32. quæſt. 1. DD, in cap. 1. de ſponſ.* & pręter ſupra allegatos *DD.* docent *Guttier. pract. qq. lib. 2. qtæſt. 1. num. 30. Tuſch. concl. 133. num. 48. verb. matrim. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 453. num. 8.* Hinc nullæ & irritæ ſunt leges Ciuiles, vel alia quæcunque laicalia ſtatuta certā pænā exhęredationis pręſertim inferētia filijs tam maſculiis, quam fæminis ſine Patris conſenſu nubentibus. Metus enim exhęredationis, matrimonij libertatem minuit, quod idem dicendum reſpectu metus alterius pęnę, in quo conſtat ius Ciuile correctum eſſe à iure Canonico, vnde filia, vel filius inuitis

paren-

Digitized by Google

parentibus nubens exhęredari non poteſt, vel altera pęna puniri; Nam cum pœna delictum ſupponat hoc excluditur, ſtante
310 correctione iuris Ciuilis in matrimonijs filiorum parentum conſenſum exigentis, vndę pœna locum habere non poteſt; Quinnimo Principes ſæculares directè, vel indirectè matrimonij libertatem impedientes, anathematis pœnam incidunt. *Trid. cap. 9. ſeſſ. 24. de reform. Bellet. diſquiſ. Cler. par. 1. tit. de exempt. §. 4. num.* 47. Et ideò præter citatos DD. Hiſpaniæ, & Galliæ leges in hac parte correctas, irritas, & nullas, aſſerentes, noſtræ ſententiæ adhærent *Filliuc. tom.* 1. *tract.* 10. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 132. *Henriq. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 2. *Ciarlin. Contr. forenſ. tom.* 1. *cap.* 104. *num.* 28. *Molfeſ. conſult Neapol. tom.* 1. *conſ.* 12. *n.* 37. *Couar. Epith. de ſponſal. part.* 1. *cap.* 3. §. 8. *num.* 6. *Maſtrill. dec.* 163. *num.* 10. *& ſeqq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 17. *Marth. de iuriſd. par.* 4. *caſ.* 70. *nu.* 3. *Maſcard. de interpret. ſtat concl.* 1. *num.* 174. *Gratian. diſcept.* 633. *nu.* 19.
311 *& ſeq.* & vt bene aduertit *Ciarlin. contr. d. cap.* 104. *num.* 32. 33. *&* 35. Iudex Eccleſiaſticus inhibere debet Iudici laico ne pœna à contrahentibus exigatur, quod & ſentiunt *Abb. in cap.* 1. *num.* 9. *Fel. nom.* 13. *de ſponſ. Marth. d. caſ.* 70. *num.* 24.

312 Verum, inquam, etſi hæc ita ſe habeant, quoad matrimonij nullitatem & pœnas, vt reſpondendo contrarijs optimè notat *Sanch. de matrim. lib.* 4. *diſp.* 25. *num.* 4. Conſtat tamen coniugia inuitis parentibus à filijs contracta Sacris Canonibus adeò eſſe inuiſa & exoſa, vt appellentur adulteria, ſupra, & fornificationes, vnde inuitis parentibus nubentes mortaliter peccare cum in re graui illis iniuriam faciant, & faciant contra præceptum diuinum; aſſerimus cum *Sot. in* 4. *diſt.* 28. *q.* 1. *a.* 1. *Card. in ſum. quaeſt.* 172. *punct.* 1. *not. Nauar. Manual. cap.* 14. *nu.* 15. vbi dicit filios teneri vxorem ducere cum patris conſenſu non ſolum de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate, quoad effectum non peccandi, licet non quoad effectum, vt ad id cogi poſſint, *Medin. in ſum. lib.* 4. *cap.* 14. §. 14. *Henriq. de matrim. lib.* 1. *cap. cap.* 19. *prop.* 3. *Petr. Ledeſm. de matrim. quaeſt.* 47. *art.* 6. *dub.* 2. vbi ait hanc eſſe ſententiam Theolog. & Iuriſperitorum, vt optimè docet, & aduertit *Fagnan. in Commen. ad cap. Tua de deſponiſ. impub. num.* 13. *&* 14.

Dico tertio non valere ſtatutum diſponens quod mulier nu-
313 bens extra territorium, cum ſua familia hæreditate etiam ei quæſita priuetur. Namquicquid aliter opinati ſint *Bald. in l. ſi matre C. de ſuis legit. & in lib.* 1. *conſ.* 357. nec non in *cap. conſului*

num. 6. de offic. deleg. Soccin. & Iaſon. in l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. lib. 2. conſ. 251. num. 2. Ruin. lib. 3. conſ. 49. & alij, hallucinati, quod talis diſpoſitio reſpiciat commodum publicum, quaſi publica vtilitas, & non iuriſdictio ſit fundamentum, cui innititur auctoritas legis ferendæ: huiuſmodi ſtatuta quamuis colorem publicæ vtilitatis præſeferre videantur nulla ſunt, eo que magis nulla dici debent, cum publico commodo repugnent; Intereſt n. principiliter Reipublicæ quod in matrimonijs contrahendis ſumma detur libertas. *l. Titia. ff. de verb. obligat.* Et in terminis docent *Panormitan. in c. 1. de ſponſ. Dec. poſt. Felin. in cap. Eccleſia S. M. de conſt. num. 36.* Et hanc opinionem eſſe communem teſtatur *Gabriel. lib. 2. conſ. 12. nu. 9. Molin. de rit. nupt. lib. 2. diff. 7. num 26.* & patet ex doctrinis, rationibus, nec non auctoritatibus, ſupracitatis, quibus laicalia ſtatututa quomodolibet libertatem matrimonij impedientia Improbantur. Vt enim optimè docet *Pont. de matrim lib. 6. cap. 2. num. 4.* Non ſolum Laici Principes circa principale, ſed neque circa acceſſorium matrimonij principale impediens leges ferre poſſunt, poteſtatis defectu, & in tantum attendi debent ſæcularia ſtatuta, in quantum pænis conſtitutis prohibitiones Eccleſiaſticas adiuuant. Vnde tradit *Bellet. §. 4. num. 47. diſq. clreric. tit. 6.* vim non habere leges inferentes pænas matrimonium contrahentibus ſine parentum conſenſu quia hoc ſpectat ad Summum Pontificem. Et laici vt dictum eſt nihil ſtatuere poſſunt, quod liberum matrimonij conſenſum impediat. Qua-
314 mobrem vbi agitur de matrimonio inter fideles ad leges Eccleſiæ confugiendum, quibus repugnantibus erit nullum, ipſis verò approbantibus quicquid alias à Iure ciuili vel ſtatuto ſancitum reperiatur, erit legitimum; Vnde omnes pæne à laicali ſtatuto comminatæ confeſtim ceſſant etiam reſpectu matrimonij ab Eccleſia in certis gradibus prohibitis, ſi tamen contractum fuerit diſpenſatione à Papa impetrata, nam poſt diſpenſationem obtentam eſt licitum, vnde ſequitur quod puniri
315 non poſſit, quia locum non habet pæna, vbi non conſtat de culpa, vt contra *Cutell. in Cod leg. ſicul. ad leg. Feder. cap. 83. not. 88. num. 2* docet *Dian. reſol. 226. tract. 2. de Immunit.* Et patet ex his quæ tradit *Barboſ. in Collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.*
316 *25. de regul. cap. 12. nu. 9.* vbi notat, quamuis Iudices Laici pænas imponere poſſint contra non obſeruantes dies feſtos, ſi Epiſcopus dat alicui licentiam laborandi in die feſto, non poteſt talis puniri vt transgreſſor, neque incidit in pænam latam

in

in tranſgreſſores feſtorum. Quod & docet *Albam. in compend canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 151. vbi & ita *à S. Congreg.* deciſum teſtatur *die* 9. *Nouembris* 1619.

317 Dico quarto non poſſe laicos Principes imponere impedimentum dirimens ne Raptores inter ſe contrahant. *Iuſtiniani* lege in *C. de Rapt. nupt.* contrarium decretum habetur. Vnde *Rabard. in ſuo Optat. Gall. ſect.* 3. aſſerit poſſe Principes æquius, & ſalubrius exiſtimare circa tale matrimonium id quod antiquo tempore determinauit *Iuſtiniani Imp.* Miror quidem quomodo in Orthodoxo Viro ſenſus dari poſſit quod apud Principes plus valeat lex Imperatoris, quam lex Pontificis, & SS. Conciliorum decreta; *Rabardei* Aſſertio, cum alijs quę habet in ſuo *Tract. Optat. Gallus* à Sede Apoſtolica damnata fuit vt ſupra diximus decreto S. Vniuerſalis Inquiſitionis ſedente *Vrbano VIII.* 1641. Ad rem verò ſciendum quod à primis Ec-

318 cleſię temporibus vſque ad Tridentinum Raptum non alia ratione fuit impedimentum Eccleſiaſticum matrimonium dirimens, niſi quatenus, vel quandiu conſenſus raptę deerat, nam ſi Puella in præſentia Raptoris conſiſtens conſentiebat, matrimonium tenebat. Vt conſtat ex *Can. Apoſtol.* 66. Et colligitur ex *Concil. Aurelianenſi* 1. *can.* 4. Vbi dicitur matrimonium cum Raptore valere, ſi Raptori puella conſenſerit ex *Concil. Meldenſ. cap.* 64. vbi dicitur valere matrimonium etiam in poteſtate Raptorum *& capit.* 65. vbi pręcipitur vt ſi qui Raptores nondum nupſiſſent raptis tempore illius Conſtitutionis, ſeparentur, & filiæ primum Patri reſtituerentur, poſtea de partium conſenſu nuberent. Quod & indicat *Nicol.* 1. *Epiſt.* 30. *Innoc. II.* ſtatuit *in cap. fin. de Raptor.* quod decretum vſque ad *Trid.* habitum fuit pro vniuerſali lege. Quamobrem ſi *Trident. Concil.*

319 *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform.* Irritum, declarat matrimonium, quandiù rapta fuerit in poteſtate Raptoris, ſecus ſi ab eo ſeparata, & in loco tuto conſtituta ei nubere voluit. Quis ergo aſſerere audebit, poſſe Principes Laicos, non dicam in his quæ reſpiciunt doctrinam & veritatem, quatenus ſunt decreta Generalis Concilij reſpicientia validitatem, vel nullitatem alicuius Sacramenti; ſed & in his quæ mores ſimpliciter tangunt relinquere leges Eccleſiæ, decreta ſcilicet Sum. Pontificum, & SS. Conciliorum; Legem verò Iuſtiniani ſequi à Iure Canonico correctam? Et pro hoc impedimento Raptus alijſque ſimilibus qui cum hæreticis ſentiunt poſſe Laicos Principes ferre impedimenta fidelium matrimonia dirimentia videant eruditum *Fran-*

ciſc. Zipæum conſultat. Canon. qui quæ ſuperius deduximus varijs eruditionibus & rationibus confirmat *lib.* 3. *de ſponſ. &*
320 *matrim. conſ.* 11. Vbi & eadem ratione docentes non poſſe Principes ferre leges ſtatuentes matrimonia ſuorum Conſanguineorum ſine eorum conſenſu contracta irrita eſſe, ſic ait: *Quoad regiam autem, principalemque poteſtatem, ea, vt omnes ſubditos complectitur, ita multò magis ſanguinis regij ſobolem: ſed vt in illis ad matrimonij nullitatem non pertinet, ita nec in hac eò extenditur ex Concil Trid. cap.* 9. *ſeſſ,* 24. *de Reform. & cap. nullus* 36. *quæſt.* 6. Ita *Zipæus* latè hanc ſententiam multis rationibus, & exemplis confirmans, & ad exempla à *Rabardeo* adducta eruditè reſpondens. Rem examinat & *Zipæi* verba refert *Dian. tract.* 2.
321 *de Immunit. reſol.* 344. *per tot.* vbi *num.* 9. notat Galliæ conſuetudinem, quæ non permittit Principibus ſanguinis abſque Regis aſſenſu inire matrimonia, ideo ab Epiſcopis illius Regni non fuiſſe damnatam, quia eſt ab Eccleſia approbata, vt notat *Salernus in diſcept. de hac materia* §.1. ab ipſo *Dian.* relatus, vbi tamen aſſerit non adeſſe Eccleſiæ approbationem circa talem conſuetudinem. Quam difficultatem cum meum non ſit hic pertractare. Dico, quod quoties Legi, Latuto, vel Conſuetudini quantumuis Laicali, acedit approbatio Eccleſiæ, & de hac in ſpecie conſtat, quod impedimenta ex his prouenientia matrimonium dirimunt, non tamen vti leges Ciuiles, ſed vti leges Eccleſiaſticæ, vt ex *Ioan. Petit.*, *& Gamacheo*; cum communi ſcholaſticorum omnium ſententia dictum eſt ſupra.

322 Quæ huc vſque firmata ſunt de Legibus ſcriptis, à fortiori militant reſpectu legis non ſcriptæ, nimirum conſuetutidinis, quicquid in contractum aſſerat *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 4. *per tot.* cuius opinio eſt ſingularis: vt bene aduertit *Fagnan. in com. ad cap. Vtrum autem: De Cognat. Spirit. à num.* 6. *& per Tot.* Vbi docet, ſecluſo conſenſu, & approbatione Romani Pontificis, conſuetudinem nullam vim habere ad dirimendum matrimonium, quam Aſſertionem multis auctoritatibus probat. Aduertens quod non ſatis eſt vt putat *Sanch.* ſcientia Generalis in Papa, ſed requiritur ſpecialis & indiuidua, & hæc eſt ſententia qua ſequitur *Rot. Romana in Romana Concordiæ S. Petri* coram *Caualerio* poſt *gloſ. Hoſt. & Abb. in cap. fin. de conſuet.* qui melius loquuti ſunt quam *Thom. Sanch.* vt cum *Pont. de matrim. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 5. ait *Fagnan. loc. cit. ſub. num.* 18.
323 *verſ. nec ſatis.* Quinimò neque ſufficit conſenſus Principis permittentis, ſed requiritur etiam approbantis, quia eadem

exigi-

exigitur poteſtas in legis abrogatione, quæ requiritur in eius editione, nam multa per patientiam tolerantur &c. vt latè probat *Pont. loc. cit.* vbi loquitur in terminis conſuetudinis de qua agitur & pluribus confutat opinionem *Sanch.* vbi ſupra, & *Suarez. lib.* 6. *de legibus cap.* 12. Neque in aliquo, ad iudican-
324 dum de vi legis à *Principe* Laico latæ vel conſuetudinis inferentis præiudicium Eccleſiaſticæ libertati, ſuffragatur argumentum deſumptum ex conſuetudine immemorabili, vel à ſcientia, patientia, & tollerantia Papæ; nam quoad conſuetudinem etiam immemorabilem attinet, vbi agitur de re præiudiciali Libertati Eccleſiaſticæ, vt pote Eccleſiæ onerofam, & ratione carentem, non eſſe attendendam patet ex *cap. ad audientiam. cap. cum inter nos de conſuetud. cap. cum cauſa de ſent. & re Iud.* & vti corruptelam extirpandam eſſe conſtat *ex cap. mala diſt.* 8. *cap. fin. de conſuetud.* & vno ore docent *Canoniſtæ*. Nulla ſiquidem conſuetudo introduci poteſt contra libertatem Eccleſiaſticam. *Surd. conſ.* 301. vbi impugnat *conſ.* 1000. *Menoch.* & infinitis prope modum *DD.* allegatis, docet *Sperell. dec.* 12. *n.* 59. *& dec.* 37. *per tot.* & omnis dubitatio tollitur ſtante publicatione quæ quot Annis fit de *Bulla die Cænæ*, vbi in ſpecie, cuicunque conſuetudini ſeù præſcriptioni derogatur.

Quod verò attinet ad ſcientiam, patientiam, tollerantiam Papæ non deſunt, qui hinc tacitum elicientes conſenſum, docere non erubuerunt, Laicorum Principum iuriſdictioni ea omnia legitimè competere, quæ licet Iure inſpecto ſint iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, data tamen ſcientia, & permiſſione Papæ conualidata remanent, quaſi per priuilegium ſpeciale in poteſtatem Laicalem translata, quorum aſſertiones ſi olim inter intricatas
325 iuris cauillationes aliquam veriſimilitudinis ſpeciem habebant, hodie quæſtiones omnes de medio omninò ſublatę remanent attenta *Conſt. S. M. Vrb. VIII. ſuper præſeruatione Iurium Sedis Apoſtolicæ &c. Datum Romæ die* 5. *Iuny* 1641. in qua Papa pòſtquam damnauit omnia & ſingula Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum præiudicialia, ſpecialiter declarat non fuiſſe conualidata etiam ex tempore immemorabili, cum fama priuilegij Apoſtolici iuncta etiam ſcientia, & permiſſione Romanorum Pontificum, & quod nulla beneplaciti Apoſtolici præſumptio, vel aliqua bona fides, poſſeſſio, aut præſcriptio induci poſſit. vt colligitur, ex quarta parte *d. Conſt.* ibi *nec non reliqua* Vbi Papa quot annis conſuetudines Eccleſiæ præiudiciales reprobari conſiderat in *Bulla Cænæ Domini*. Et ad maiorem cautelam

ipſas

ipſas reprobat, & damnat, neue beneplacita in præiudicialibus Eccleſiæ præſumi valeant, ſemper denegata fuiſſe declarat ipſa præiudicialia quatenus opus ſit reuocando, caſſando, & annullandò cum conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & fama priuilegij quaſi illicitas, & irrationabiles dicit iuncta etiam Papæ ſcientia & tollerantia. Et quidem quamplurima Romanos Pontifices tolleraſſe, & tollerare perſpicimus, ſed cum ipſorum patientia non ſit voluntaria, ſed coacta hinc approbans conſenſus inferri non poteſt vt erudite ponderat *Sperell. deciſ. 37. num. 61.* vbi aduertit quod non ſufficit tacitus Papæ conſenſus, ſed expreſſus requiritur. *Ego ipſe in tract. de reſt. in in-*
326 *tegr. in Com. ad Conſt. Vrban. VIII num.* 152. Hinc ceſſat *Leſsij* & aliorum opinio in *Auctario caſuum verb. preſcriptio caſ.* 2. aſſerentium quando lex Principis Sæcularis ſtatuens, vel abrogans impedimentum diù obſeruata fuit habere illam vim obligandi, non quatenus eſt à Principe Sæculari introducta ſed quatenus tandiù obſeruata cum tacitò conſenſu Pontificis.

327 Et nota quod Conſtitutionibus Apoſtolicis emanatis ad tollenda de medio præiudicialia Eccleſiarum, obijci non poteſt, quod in aliquo Regno, aut Prouincia non fuerint publicatæ, aut contrario vſu abrogatæ, vel nunquam receptæ. Et ſi qua olim in hac parte fuit diſputatio DD. omninò hodie ſublata remanet per præfatam *Vrbani VIII. Conſtitutionem*, vt colligitur ad litteram ibi: *etiam ſi ſub prætextu, quod Bullæ, ſeù Conſtitutiones Apoſtolicæ non fuerint publicatæ, vel receptæ.*

Quicquid enim iuris ſit de veritate quæſtionis an vis legis Ciuilis à Populi acceptatione pendeat; certi iuris eſt leges Eccleſiaſticas, non pendere à Populi acceptatione, neque caſum dari poſſe in quo quis ſe Eccleſiaſtica lege ſolutum legitimè aſſerere valeat, ſub prætextu quòd Bullæ vel Conſtitutiones Eccleſiaſticæ non fuerint acceptatæ, quia Papa ſupremam in Eccleſia poteſtatem habet non à Populo per electionem ſed immediatè à Deo, vt pleno calamo notant *Gregor de Valent. tom. 2. diſp. 2. quæſt. 5. dub. 4. ſuor. de legibus lib. 4. cap. 16. num.* 10. Aduertit doctiſſimus Collega meus *P. Laurea Epit. Canon.* ſub verbo *Eccleſiaſtici Status fol. mihi* 293. ibi: *Eccleſiæ Romanæ præiudicialia nunquam à Pontificibus approbata intelliguntur, etiam ſi tollerentur, neque iuuat præſcriptio, non vſus, non publicatio. &c.* Ego ipſe in *d. Comment. ad Vrban. Conſt. num.* 48. *& ſeq.* pluribus quoque tradit *Diana Tract. 2. de Immunit. reſol. 345. per tot.* Et quidem ſtante declaratione quæ habetur in *d. Vrban. Conſt.*

Conſt. ibi: *etiam ſub prætextu quod Bullæ, ſeù Conſtitutiones Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel vſu receptæ, aut contrario vſu etiam decennali, & quantumlibet longiſsimo, vt prætenditur abrogatæ.* Neſcio quomodo ſub hoc prætextu ſe tueri poſſint infringentes iura Eccleſiæ. De poteſtate enim Pontificis, iam credo non dubitari inter Catholicos; De voluntate verò clarius conſtare non poteſt.

ASSERTIO TERTIA.

Reſeruatum eſt Sedi Apoſtolicæ priuatiuè quoad alios Eccleſiæ Prælatos inducere impedimenta matrimonium dirimentia, & in illis diſpenſare.

HVius aſſertionis veritas apud Orthodoxos eſt irrefragabilis
non enim inducere impedimenta matrimonium dirimen-
328 tia, generaliter, & ſimpliciter ad Eccleſiam pertinet, ſed Sedi
Apoſtolicę eſt reſeruatum priuatiuè quoad alios in Dei Eccleſia iuriſdictionem ordinariam habentes, quacumque dignitate fulgeant; & quoniam illius eſt ſoluere, cuius eſt ligare, in impedimentis dirimentibus diſpenſatio eſt etiam Papæ reſeruata.

Quod enim attinet ad reſeruationem inducendi impedimenta matrimonium irritantia, apud Orthodoxos ſine contradictione receptum eſt, eſſe Iuris Pontificij generales leges indicere, quibus matrimonium contra ipſas contractum irritum declaretur. Et licet, ſi Ius Diuinum, & Naturale attendamus, ſicut integrum eſt Romano Pontifici in vniuerſa Eccleſia ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia, ita Epiſcopo in ſua Diæceſi; quia quidquid in vniuerſa Eccleſia, poteſt Papa, po-
329 teſt Epiſcopus in ſua Diæceſi. Attamen aliter dicendum at-
tento Iure Eccleſiaſtico. Vnde propoſitio, quod Epiſcopus poſſit in ſua Diæceſi quidquid in vniuerſa Eccleſia poteſt Papa, inteligenda eſt cum limitatione, nimirum, niſi conſtet de reſeruatione per Papam ſibi ſpecialiter facta, & exceptis ijs, quæ
330 ad vniuerſæ Eccleſiæ ſtatum pertinent, vt res fidei definire.
Ita docent *Abulenſ. cap. 16. Matth quæſt. 87. lit. E. Victor. relect. de matr. part. 1. num. 7. Sot. 4 diſt. 27. quæſt. 1. art. 4. verſ. At quo tandem, & lib. 10. de Iuſt. qu. 1. art. 3. ad 2. & 4. d. 32. qu. 1. art. 3. Gambar. de offic. Legat. lib. 10. num. 465. & 467. Theſaur. Chriſt. Relig. cap. 17. Nicol. de Cuſa lib. 2. de concord.*

Cathol.

Digitized by Google

Cathol. cap. 3. *Veracruz.* 2. *p. ſpec. art.* 28. *poſt* 3. *concl. verſ. ex iſta concl. Perez lib.* 8. *ordinam. tit.* 13. *lib.* 5. *&* *tit.* 18. *lib.* 2. *verſ. e ſtatutos contra ellos Enriq. lib.* 6. *de pœn. cap.* 14. *num.* 7. *in comment. lit. K.* *&* *lib.* 10. *de Sacr. ordin. cap.* 35. *num.* 2. *&* *lib.* 12. *de matrim, cap.* 3. *num.* 1. *in com. lit. N. Aragon.* 22. *qu.* 88. *art* 12. *verſ. ſi quis autem Maiol. lib.* 5. *de irregul. cap.* 51. *nu.* 4.

331 *Ledeſm.* 2. *part.* 4. *qu.* 56. *art.* 3. *dub.* 1. *concl.* 2. Vbi ideo aſſerit: Epiſcopum, ſtante reſeruatione Papæ, non poſſe ſtatuere impedimenta mattrimonium dirimentia, quod & docet *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 1. *num.* 9. Et quod hoc neque poſſit quiſquam Prælatus Papa inferior, tradunt *Ant. in cap. Tua fraternitas. num.* 5. *de ſponſ. duor. cap. penult. in fin. de ſponſ. impub.* vbi etiam *Abb. in fin. Alex. de Neuo num.* 21. *Couar.* 4. *decret.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 16. & communiter *DD.* Palud. 4. *diſt.* 34. *qu.* 1. *art.* 1. *num.* 10. *Tabiena verb. Impedimentum. Impedim.* 13. *Armilla verb. matrim. num* 54. Pluribus teſtatur *Card. de Lugo lib.* 1. *conſ. ſeu reſponſ. moral. dub.* 45. *num.* 12. 4. 6. *Gobat. in ſuis exper. Theolog. Sacram. Tract.* 9. *caſ.* 1. *ſect.* 1. *num.* 19. *&* 20. Adnotaui, & dixi ſupra, ſed vt verum fatear præcitati DD. nullum inferunt textum, vel alteram Apoſtolicam Conſtitutionem, id Papæ reſeruantem, neque ego inueni. Vnde ex generali Eccleſiæ conſuetudine hoc Papę reſeruatum puto, prout de diſpenſatione quinque votorum reſeruatorum communiter tradunt *DD.* & aduertit *Sanch. loc. cit.* qui integro *Tractat. de impedim. matrim.* quid poſſit Epiſcopus circa impedimenta duntaxat impedientia, & circa dirimentia occulta, nec non quę materiam de impedimentis reſpicere poſſunt, pleno calamo aduertit, & docet.

332 Cęterum catholica veritas eſt in Eccleſia eſſe poteſtatem conſtituendi impedimenta matrimonij, vt patet ex definitione *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. can.* 4. ibi: *ſi quis dixerit, Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs conſtituendis erraſſe, anathema ſit.* Et ante *Trid. Concil. in Concilio prouinciali Senonenſis,* ſedente *Clem. VII.* celebrato in *decretis fidei c.* 17. inter errores damnatos pręſens refertur. Eccleſia non potuit illegitimare aliquas perſonas, ſic quod non poſſint contrahere matrimonium. Conſtat etiam hoc ius Eccleſiæ ex perpetuo, & conſtanti eiuſdem vſu quę toties impedimenta conſtituit. Plena manu docent *Petr. Ledeſm. in ſum. p.* 1. *de Sacr. Matrim. cap.* 10. *concl.* 1. *Rebell. de obligat. iuſt. p.* 2. *lib.* 3. *qu.* 1. *Coninckk de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 32. *num.* 10. *Molin. de rit.*

nupt.

nupt. lib. 1. comp. 19. nu. 126. Cened. pract. & canon. quaſt. lib. 1. quaſt. 39. num. 81. Bonac. de matr. quaſt. 3. punct. 1. nu. 2. Fernand. exam. Theol. moral. part. 3. cap. 16. §. 1. *num. 2. Layman. Theol. moral. tract. 10. part. 4. capit. 1. Hurtad. de matrimon. 12. diſp. 12. diffic. 3. Canoniſtæ* vno ore ſuper *tit. de Conſag. & affinit.*

Hinc eſt quod præter impedimenta Iure Naturæ matrimo-
334 nium dirimentia, alia ab Eccleſia conſtituta habentur, adeò
vt inter Orthodoxos non detur legitimum matrimonium vbi
335 datur aliquod impedimentum Eccleſiaſticum ex dirimentibus
niſi Romani Pontificis diſpenſatio præceſſerit. Tantumque
abeſt, quod Laici Principes, de Orthodoxis loquor, Ius aliquod ſibi vindicent inferendis legibus matrimonium dirimentibus, vt ipſimet in hoc Eccleſiæ ſtatutis pareant, neque prius in gradu prohibito, vel cum altero impedimento dirimente ma-
336 trimonium contrahere audeant, quam à Papa diſpenſatione
obtenta. Quod autem ſolus Papa diſpenſet in impedimentis iure humano dirimentibus, vno ore docent *Canoniſtæ*, & *Theologi*, vt teſtatur *Gloſ. in cap. Quicirca verb. A Sede & cap. quod dilecto verb. indulgentiam de conſaguin. vbi Io. Andr. nu. 6. Ant. num. 8. Abb. num. 5. Card. num. vnic. Anch. num. 4. Alex. de Neuo num. 4. Præp. num. 8. Abb. cap. quod translat. num. 9. de offic. leg. Innoc. cap. ex parte num. vnic. de tranſact.* vbi *Imol. n. 6. Brunel. de ſponſ. concl. 24. num. 1. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6.* §. *10. num. 11. Cuccus lib. 2. inſtit. maior. tit. 5. num. 152. Gaeta cap Ad limina 30. quaſt. 1.* §. *1. quaſt. 134. num. 363. & qu. 115. num. 113. & 314. Anaſt. Germon. de Sacror. Immunit lib. 3. cap. 11. num. 105. Palud. 4. d. 40. qu. vn. art. 3. num. 20. & diſt. 41. quaſt. 2. art. 3. num. 14. concl. 1. D. Anton. p. 4. 1. cap. 15.* §. *3. & cap. 14.* §. *2. concl. Armill. verb. diſpenſatio num. 2. Archint. in edit. de fide, & Sacr. part. 2. cap. 14. Galliego de cognat. ſpirit. cap. 22. num. 21. Borgaſ. de irregular. part. 6. tit. de ſponſal. n. 1. Toled. lib. 7. ſum. cap. 18. nu. 5. Ledeſm. 2. p. 4. qu. 58. art. 2. Bart. à Ledeſm. de matrim. dubit. 44. in fin. prim. concl. Angel. in verb. matrimonium imped. 8. num. 3. Henriq. lib. 22. de matrim. cap. 3. num. 1. Lopez. part. 2. inſtrut. vlt. de diſpenſat. petend.* & alij ab ipſis relati quibus adde *Anſelm. de Iuriſd. part. 4. tit. 2. c. 1. n. 47. & 48.* vbi ex *Bald. Angel.* & alijs notat quod Imperator inceſtas nuptias diſpenſare non poteſt ſed ſolus Papa diſpenſat.

Et quod ad Ius laicale non pertineant inſtituere impedimenta matrimonium dirimentia patet ex his, quæ dicta huc vſque

ſunt,

ſunt, & euidenter colligitur ex obedientia, & ſubiectione qua in hac parte Laici Principes fideles, vti Sedis Apoſtolicæ filij obedientiſſimi ad Romanum Pontificem confugiunt, eius implorantes authoritatem, & clementiam pro relaxatione, & diſpenſatione impedimentorum dirimentium qua, quidem diſpenſatione nullatenus idigerent ſi à Laicali poteſtate talia impedimenta penderent. Triti enim iuris eſt quod qui legem dat, non ligatur lege, quæ à ſua poteſtate procedit, neque alterius diſpenſatione indiget, vt contra ipſam aliquid facere poſſit. Hiſtorica etenim tam ſacra, quam profana documenta ſatis aperte teſtantur, Imperatores, & Reges, ceteroſque Laicos Principes Catholicam veritatem profitentes nunquam matrimonia contraxiſſe contra prohibitionem Eccleſiæ, vel non prius quam à Papa ſuper impedimento dirimente diſpenſatione obtinuerint, quos vero inſano conſilio ductos Eccleſiæ præceptis contumaces extitiſſe, qui cum impedimento dirimente matrimonia contraxerint, non ſine Eccleſiaſtica pæna eorum quoque delictum euaſiſſe teſtantur, irrito etiam facto matrimonio per ipſos de facto contracto, vt patet ex coniugio à Roberto Francorum Rege cum Berta Commatre, & affine ſua, quamuis permiſſione adulantium Epiſcoporum inito, teſtatur *Spondan. Epitom. Annal. Eccl. Anno* 998. *num.* 1. vbi ait reclamante *Gregorio Papa V.* coniugium Roberti Regis cum Berta diſſolutum fuiſſe, & delinquentes Epiſcopos pænitentia caſtigatos. Eſt etiam de his *Epiſt. Leon. IX.* ad Henricum filium Roberti, quam recitat *Auctor Panormiæ. Petrus etiam Damianus in Epiſtola ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem*, agens de coniugio Roberti Regis, oſtendit Galliarum Epiſcopos à *Gregorio Papa* ita cœrcitos Robertum excommunicaſſe, indeque factum, vt vniuerſi ab eius Societate recederent, nec præter duo ſeruuli ad neceſſarij victus obſequium remanerent, qui tamen omnia vaſa, in quibus Rex edebat, & bibebat abominabilia iudicantes, mox igni tradebant: hiſque Regem anguſtijs coarctatum, diuortium cum Berta feciſſe, & alteram legitimam vxorem ſuperinduxiſſe. Ex priori vero illicito Coniugio, natum eſſe monſtrum, collum, & caput anſerinum habens, non idem tantummodò *Petrus Damianus* aſſerit, ſed & habetur in *Fragmentis Aquitanicæ Hiſtoriæ ex Pithæi collect. editis* Teſtatur quoque *Helgald. Floriacenſis Monachus texens* res à Roberto Rege præclare geſtas. De inceſtuoſo coniugio Alfonſi Aragonum Regis cum Vraca tertio conſanguinitatis gradu ſibi coniuncta tradit idem *Spondan. Anno* 1109.

109. *nu.*1. vbi ait: quod Paſchalis Papa auctoritate Apoſtolica pœna excommunicationis, atque Regni priuatione indicta, huiuſmodi coniunctionem diuelli iuſſit, quod & teſtatur *Io. Mariana. lib.* 10. *capit.* 8. Sed cum Papæ mandatis non paruiſſent, Deum vindicem experti Vraca morte ſubitanea medium creauit; Alphonſus verò à Saracenis peremptus eſt quod & vterque *Rodericus* affirmat.

Ludouicus Francorum Rex huius nominis VII. quam cum impedimento conſaguinitatis vxorem duxerat, ſynodali iudicio reliquit, vt teſtatur *Spond. Ann. Eccl. Ann.* 1151. *num.* 2. ibi *Hoc item anno in Caſtro Baugenciaci in Gallia habita eſt Synodus Epiſcoporum, & Optimatum, pro diſcutiendo matrimonio longè ante hac celebrato inter Ludouicum Regem, & Eleonoram filiam Vuilelmi Ducis Aquitaniæ quod ob conſaguinitatis gradum ſufficienter probatum fuit de conſenſu partium diſolutum* eodem fermè tempore contingiſſe, teſtatur poſt *Baron. Spond. d. Anno* 1151. *nu.* 2. quod per Legatos ab *Eugenio III.* miſſos ſolutum fuit coniugium Fiderici Sueuiæ Ducis, qui poſt Conradum ſucceſſit in Regnum Imperiumque Romanum, cum vxore ſua ab conſanguinitatem inter eos intercedentem. Narrat *Otto Friſing. in Frid. lib.* 2. *cap.* 11. *&* 29. De Philippo Galliarum Regem, excommunicato in *Concilio Gallicano* quod *Anno* 1094. ſedente *Vrbano II. decimoſeptimo Calend. Nouemb.* ab Apoſtolicæ Sedis Legato celebratum fuit in ciuitate *Oſtione*, & fuit *Generale* Archiepiſcoporum atque Abbatum diuerſarum Prouinciarum, eo quod viuente legitima vxore ipſa reiecta Bertradam pellicem, conniuentibus etiam nonnullis Epiſcopis ſuper induxiſſet ex Iuone, & alijs poſt *Baron.* Teſtatur idem *Spondanus. Anno* 1094. *num.* 2. Qui & *Anno* 1065. *num.* 2. ait: *Vrbanus autem rebus in Longobardia probè diſpoſitis in Gallias marino itinere diuertens, ad S. Mariam ad Padium in eius Aſſumptione peruenit, Synodumque ad Clarum montem, apud Auernos in Octauam S. Martini condixit. Hac Bertoldus. Indicta porro Synodo, ſtatim à Francorum Rege Philippo Legati miſſi ſunt ad Papam, qui eum emollirent: ipſe verò Pontifex literas ſcripſit ad omnes Galliarum Antiſtites, vt Regem hortarentur ad reſcipiſcentiam, alioquin in eum exercerent Eccleſiaſticam diſciplinam, qui tamen ita ijs commoti ſunt, vt non vere correctionem Regis vrgerent, ſed palpando potius indulgerent; vno excepto Iuone Carnotenſi, qui ingenti animo mandata Apoſtolica minis promiſſionibuſue Regis aliorumque præponens, haud ceſſauit tum ipſum Papam ad Iuſtitiam exercendam, tum Regem ad pænitentiam*

agendam, Epiſcopoſque ad reſumendos animos literis ſuis hortari, in tantum vt direptionem omnium bonorum Eccleſiæ ſuæ, etiam vſque ad penuriam panis, ac demum carcerem, à Rege paſſus fuerit. Cæterum die condicta in octaua S. Martini Vrbanus Concilium ad Clarum montem celebrans, in quo tres decim Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis inter fuerunt, & ducentę quinque paſtorales virgæ numeratæ ſunt, ſtatuta præterita Synodi Placentinæ confirmauit, inſuperque Philippum Regem excommunicauit, quod legitimà coniuge dimiſſa, militis ſui vxorem ſibi in coniugium ſociaſſet: Hæc Bertoldus: eademque de excommunicato Rege Sigibertus. Sed & Bertradam regiam pellicem eadem cenſura mulctatam Vuillelmus Malmesbur. lib. 4. c. 2. in rebus Anglicis tradit, canoneſque recenſet.

Quæ itidem conſtant ex *epiſt. Innoc. III. lib.* 1. *epiſt.* 4. 171. 346. & 347. nec non *lib.* 2. *ep.* 186. tum ad ipſum Regem Philippum, tum ad alios datis; iiſdemque conſentientia ſcribunt Acta; de quibus teſtatur Idem *Spondan. Epitom. Ann.* 1198. *n.* 8. ibi: *Laborandum quoque hoc anno, & ſequenti fuit Innocentio in cauſa Philippi Regis Francorum: ob quam miſit in Gallias Legatum Petrum Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Via lata; nempe vt proſequeretur diu ante captum iudicium de diuortio à Rege facto cum legitima coniuge alia ſuper inducta. De quibus extant plures eiuſdem. Innoc. litteræ tum ad ipſum Regem, tum ad alios diuerſos datæ. Iiſdemque conſentientia ſcribunt Acta; & dicunt quia Rex ſæpe commonitus acquieſcere noluit, Innocentium per Apoſtolica ſcripta præcipiſſe, vt ſublato appellationis obſtaculo, Legatus totam eius terram Eccleſiaſtico ſubijceret interdicto, ita vt nullum in ea præter baptiſmum paruulorum, & pænitentiam morientium, diuinum celebraretur officium. Congregato igitur per Legatum apud Senonas Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum multorum Concilio, Rex præſentiens Legatum velle procedere contra ipſum, per Nuntios ſuos fecit ad Sedem Apoſtolicam appellari. Legatus verò, non vt apellationi deferret, ſed vt differret ad tempus, quatenus mandatum Apoſtolicum alibi commodius adimpleret. tandem apud Viennam, vel vt alij rectius habent Diuionem coacto Concilio, in quo adfuerunt etiam quidam Archiepiſcopi de Regno Francorum, interdicti ſententiam promulgauit, mandans vniuerſis Francorum Prælatis, ſub pæna ſuſpenſionis, vt & ipſi illud obſeruarent, & ab alijs obſeruari facerent. Illorum verò nonnulli illud firmiter obſeruarunt alij verò minimè, donec rurſum ab Innocentio iuſſi, omnes humiliter paruerunt: ſicque tota terra Regis Francorum arctiſſimo eſt interdicto concluſa, ita etiam vt clauſis Eccleſijs nuſquam in cæmeterijs ſe-*

peli-

Digitized by Google

pelirentur corpora mortuorum, ſed ſuper terram ſeruarentur vbilibet inſepulto. Quare Rex in tantam indignationem excanduit, vt Epiſcopos, & Clericos qui ſeruarent interdictum, faceret ab Eccleſijs ſuis expelli, & bona omnium occupari. Sed cum plebs vniuerſa clamaret, Rex Nuntijs miſſis ad Papam, cum nec minis, nec pracibus, nec promiſſis potuiſſet flectere Pontificem, vt interdictum relaxaret, tandem aduenientibus alijs Legatis, nempe Octauiano Cardinale Epiſcopo Oſtienſi, & Ioanne Tit. S. Priſcæ præsbytero Cardinale Rex ad mandatum eorum recepit Reginam, & ſententia interdicti, quæ per octo menſes durauerat, relaxata eſt omnium ingenti gaudio, & applauſu.

Idemmet *Innoc. III.* præfato *Anno* 1198. audiens Regem Legionenſem ſibi filiam Regis Portugalliæ, conſobrinam ſuam copulaſſe, tam ipſum Regem Portugalliæ quam inceſtuoſe coniunctos excommunicationis ſententia innodauit, & eorum Regna ſuppoſuit interdicto. Vnde quod illegitimè factum fuerat; penitus eſt reuocatum, vt poſt Baronium teſtatur ipſe *Spondanus Epitom. Annal. prædicto Anno* 1198. *num.* 9.

Quinimò cum ipſe Rex Legionenſis ad deteriora manum poſtea extendens, filiam Regis Caſtellæ conſobrini ſui ſibi copulare præſumpſerit *Innoc. III.* Fratrem Rainerium virum ſcientia, & religione venerandum in Hiſpaniam miſit: qui cum ſuis monitis nihil apud Legionenſem profeciſſet (Caſtellanus enim obedire promiſit ſi ſibi filia ſua redderetur:) eumdem legitimè citatum, nec comparentem, excommunicationis ſententia perculſit. Cumque ijdem Reges per ſuos Legatos Romam miſſos huiuſmodi matrimonij diſpenſationem obtinere non valuiſſent, Legionenſis Rex tandem rediens ad cor inceſtuoſam copulam diſſoluit, & abſolutionem obtinuit. Hæc ex Actis refert *Spond. d. num.* 9. quibus conſentientes extant *Innoc. III. literæ lib.* 1. *epiſt.* 93. 94. & *lib.* 2. *epiſt.* 72.

Clemens pariter *VII.* in Henricum VIII. Angliæ Regem repudiantem Catharinam legitimam vxorem, vt puellam quamdam Reginæ inſeruientem nomine Annam filiam Thomæ Bulleyne vxorem ſuper induceret, poſt longas moras, & diù fruſtra expectatam pęnitentiam excommunicationis publicam ſententiam tulit. Vnde Lutheri in Anglia falſa doctrina, quam idemmet Rex olim ſcriptis confutauerat, & recipi & audiri cœpit, vt notat idem *Spondan. in Auctor. Chronolog. ad Annal. Baron.* 1534.

Quam plurima alia hiſtorica documenta referri poſſent; ſed

his

Digitized by Google

his ſilentio inuolutis, illa duntaxat Süen Danorum Regis, & Othonis Theutonicorum in medium adducam, vt hinc diſcat *Launoius* quantum à veritate diſtent ab ipſo propoſitæ aſſertiones. Nam cum Suen Danorum Rex cognomento magnus pro libitu ſuo tria Regna teneret, mox ſuccedentibus proſperis, oblitus Regis cæleſtis conſaguineam à Suedia duxit Vxorem. Hoc Domino Archiepiſcopo Namburgenſi Adalberto, quod eſſet contra legem Eccleſiæ valdè diſplicuit, Quamobrem furentem Regem, miſſis ad eum Legatis de ſcelere terribiliter increpauit. Poſtremò niſi relinqueret excommunicationis gladio feriendum eſſe. Tunc ille conuerſus in furorem, minabatur omnem Parrochiam Namburgenſem vaſtare, & excindere. Ad quas minas imperterritus Archiepiſcopus arguens,& obſecrans perſtitit immobilis, donec tandem flexus Tyrannus Danorum per literas Papæ, Libellum repudij dedit Conſobrinæ; licet poſtea Sacerdotum admonitionibus aures claudens mox vt Conſobrinam à ſe dimiſit, alias itemque vxores, & conſobrinas aſſumpſerit, vnde ſuſcitauit ei Dominus inimicos in circuitu multos; ſicut Salomoni fecit proprios ſeruos. *Baron. tom.* 11. *Annal. ann.* 1050. 22. *ex hiſtor. Adam. lib.* 3. *cap.* 10.

Otho verò Rex Theutonicorum, qui poſtmodum Imperator creatus eſt Romanorum cum Adalaidem Italiæ Reginam, quæ ſibi commater extiterat in coniugem ſuſcepiſſet, filius eius Almaificus, qui Moguntinæ præſidebat, Præſul Eccleſiæ eum capi conſtanter arguere, & ſceleſtum, ſuridumque coniugium publicè condemnare. Pater autem vehementer iratus, eum comprehendi percepit, & carcerali mox cuſtodiæ mancipauit, quem per annale circiter ſpatium carcer incluſit, ſed à correctione linguam terroris vinculum non ligauit. Cum vero Pater eum quadrageſimali decurrente ieiunio de cuſtodia decreuiſſet educere, antequam pſalterium expleret, quod aureis exarabat apicibus, recuſauit exire, veruntamen cum exiuit, zelo Sacerdotalis accenſus authoritatis non quieuit, ſed mox in Patrem iaculum publicæ excommunicationis intorſit. O verè dignum regio genere Sacerdotem, qui in cauſa Dei non imperiale faſtigium, non paternum recognouit affectum, ſed dum paternam, & regiam authoritatem in ſolo Deo conſtituit, hunc hominem eius legibus reſiſtentem à ſe prorſus extraneum deputauit. Dixit autem Patri. Tu arbitraris me aduerſus te inſolenter agere, te verò præiudicium ſuſtinere; ſcito prænoſcens, quia die Sancto Pentecoſtes vterque ſimul adſtabimus ante Deum,

Deum, ibique ventilabitur inter nos librata Iuſtitiæ lance iudicium. Ibi luce clarius apparebit, quis noſtrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factumque eſt, ipſo, qui dictus eſt, Sacroſanctæ Solemnitatis die, vt dum præfatus Auguſtus imperialibus infulis redimitus, multorumque Pontificum choris, ſiuè Procerum vallatus agminibus, miſſarum ſolemnibus intereſſet, repentino ſuper eum veniente iudicio, repertus ſit mortuus. Epiſcopus autem in Domino iam quieuerat. Sic ſic qui de inceſto coniugio contempſit inter homines ab Eccleſia iudicari ad Tribunal Æterni Iudicis coactus eſt pertrahi,& qui ſubiectum ſibi dedignatus eſt audirePontificem, terribilem ſuper ſe non potuit euadere Maieſtatem. *Petr. Damian. act ad mirac. apud Sur. tom. 7.*

337 Confirmata remanent, dicta in præfatis Aſſertionibus ex his quæ habentur in *Concil. Romano Anno* 721. *nonis Aprilis* celebrato à *Greg. II.* apud S. Petrum in quo conſtitutum, ſeu decretum aduerſus illicita coniugia æditum fuit. Ac in altero *Concil. Romano Anno* 743. celebrato aduerſus coniugia illicita ſedente *Zacharia Papa*. Et in *generali Synodo Anno* 948.celebrata ſedente *Agapeto II.* ad Caſtrum *Maſomi* in Palatio *Engelenheim* præſentibus Regibus Ottone, & Ludouico in qua de inceſtis nuptijs actum fuit. Nec non in omnibus tam Generalibus quam Prouincialibus Concilijs in Eccleſia Catholica celebratis, quæ pro temporum varietate Sanctiſſimas leges dedere in nuptijs contrahendis ad earum validitatem ſeruandas. Quas ipſi Imperatores, & Reges nedum ſine contradictione, ſed ſumma ſemper cum veneratione, receperunt, & ſecundum ipſas ſuas nuptias celebrarunt, & à ſuis ſubditis famulantes Iuri Eccleſiæ, adiunctis quoque corporalibus pænis matrimonia contrahenda iuſſerunt.

Confirmantur vlterius ex duobus *Romanis Concil. Ann* 1065. ſedente *Alex. II.* aduerſus inceſtuoſos celebratis: vt enim poſt
338 *Baron.* refert idem *Spond. in Epitom. Annal. d. Anno* 1065. *n.* 3. *Petrus Damiani* Epiſcopus Oſtienſis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis hæreſim, hoc ipſo *Anno* 1065. compeſcuit *Inceſtuoſorum* dictam, à nonnullis Iureconſultis excitatam, & defenſam, quia *Iuſtiniani Imp.* auctoritate, eadem ratione, qua in ſucceſſionibus, numerandos eſſe dicerent gradus conſanguinitatis, quod idem *Petrus Damiani*, Rauennæ aduerſus Iureconſultum Florentinum acrem huius erroris defenſorem, diſputatum fuiſſe; Idem ipſe teſtatur in Comment. contra illam hæreſim, ad Cæſena-

ſenatem Epiſcopum, & Archidiaconum Rauennatem, ſcripto,
cuius titulus eſt. *De parentelæ gradibus*. Qui & inſuper quod,
eodem Opere doceret, in enumerandis gradibus vnam ſemper
abundare debere perſonam, cum ei ſententiæ contradiceretur à
multis, & in immenſum flamma erumperet, & ſi comprimi,
haud tamen valuit *Petri* ſcriptis penitus tolli. Adeo enim quo-
339 rumdam Iureconſultorum defenſione inualuit, vt Apoſtolica
auctoritate opus fuerit; ipſique *Alex. Romano Pontifici* duo eo-
dem Anno ad eumdem tollendum errorem celebranda Romæ
Concilia, quorum priori excommunicationem comminatus,
eam poſteriori, aduerſus eiuſmodi inceſtuoſos promulgauit.
Quæ decreta habentur *in cap. Ad Sedem & cap. quod autem 35.
quæſt.* 4. & colligitur ex *Iuon. p. 9. cap. 6. quæſt.* 10. 37. *Petr.
340 Damian. de contempt. ſæcul. c. 29.* vbi tamen omnia ſine fructu
facta tradit Arte enim diaboli conglutinatis animis inceſtuo-
ſorum coniugum, nullo timore æternæ damnationis ab inui-
cem diuelli potuerunt. In quorum vnum, in cæterorum exem-
plum, ditam Reus vindictam exercuit; (dum vt idem *Petrus*
teſtatur in *Epiſt. ad Alexandrum Papam, & ad Hildelbrandum*)
cuidam nobili ſuam conſanguineam contra Eccleſiæ prohibi-
tionem ducenti, eidemque poſt excommunicationem adhæren-
ti, hoc contigit, vt panes de nuptialibus menſis in plateas an-
te canum ora proiecti minimè tangerentur; ipſeque inceſtuo-
ſus in cubiculo dormiens, repente de cœleſtibus irruente fulmi-
ne extinctus fuerit. Mitto alia plura exempla, & Eccleſiaſti-
cas Sanctiones, diligenter relatas ab eruditiſſimo Collega meo
P. Laurea in ſuo *Epitom. Canon.* verbo *Matrimonium*, quibus ſa-
tis euidenter conſtat Iura Eccleſię in Fidelium matrimonijs pri-
mum ſibi ſemper locum vindicaſſe, Ciuiles leges ab Eccleſiaſti-
cis diformes abrogaſſe, & correxiſſe; Alias verò, vt pote ſacris
Canonibus conformes, iuriſdictionis verò defectu, nullius in ſe
roboris, confirmaſſe, Quæ non ideò, attenduntur, vt falſo opi-
natur *Launoius*, quia Imperatoria auctoritate promulgatæ ſed
quia Apoſtolica poteſtate confirmatę, & in proprium Eccleſię
ius translatę, vt patet ex his quę latè dixi ſupra.
Vetuſtiſſima denique, ſanctiſſima, receptiſſima, & inuiola-
341 bilis Eccleſię Catholicę Praxis Regiam Poteſtatem in matri-
monijs Fidelium à *Launoio* effictam, merum eſſe commentum
atque inuentum, ſatis euidenter demonſtrat. Dum ipſe Impe-
rator, ipſi Hiſpaniarum, & Gallię Reges, Sedis Apoſtolicę, &
Catholicę Fidei Defenſores in matrimonijs contrahendis, non
quod

quod Iure Ciuili ſancitum habetur, ſed quod Eccleſiaſtico prę-
cipitur, ſumma pietate exequuntur, & iuxta ſactiones Eccleſia-
ſticas ſuas Nuptias contrahunt. Hinc eſt quod agentes de ma-
trimonio contrahendo, ſi aliquod obſtet impedimentum diri-
mens pro diſpenſatione ad Romanum Pontificem confugiunt,
cui porrigitur Memoriale ad ſupplicationem Regis, & expedi-
42 tur Breue in forma gratioſa, ideſt committitur ipſi Regi,
quod & obſeruatur pro filijs & fratribus Regum, nec non pro
cæteris Principibus ſupremis. Nam quoad alios Principes ſub-
ditos, aliaſque perſonas inferiores Breue diſpenſationis com-
mittitur Archiepiſcopo, vel Epiſcopo loci, aut eius Officiali,
& hæc eſt praxis Romanæ Curiæ, quæ præſertim obſeruatur
in diſpenſationibus Regum Galliæ, & quoad omnes ſubditos
Regi Galliæ, qui non pro matrimonio in gradu prohibito con-
trahendo, vt falſo ſupponit *Launoius* ad Regem confugiunt, ſed
ad Sedem Apoſtolicam recurſum faciunt.

Cæterum vt mittamus antiquiora; magis recentia quædam
enarrabimus exempla, quibus conſtat ipſumet Imperatorem, &
Reges ad Sædem Apoſtolicam pro diſpenſatione obtinenda ſup-
plicationes dirigere, & nonniſi diſpenſatione ſuper impedimen-
to dirimente obtenta, matrimonium celebrare. Qua quidem
diſpenſatione non indigerent ſi talia impedimenta, vt putat
Launoius, à Iure Laicali deſcēderent. Clemens enim VII. diſpenſa-
uit inter Sigiſmundum filium Regis Poloniæ, & Domicellam
Elizabetham de Auſtria filiam Ferdinandi Boæmiæ Regis in
tertio conſanguinitatis gradu inuicem coniunctos vt ex eius li-
teris in forma Breuis datum Romę apud S. Petrum Anno 1531.
8. Kal. Septembris Pontif. Anno 8.

Paulus III. diſpenſauit in ſecundo affinitatis gradu inter
Ioachinum filium Ioachini Marchionis Brandeburgen Electoris
Imperij Romani, & Domicillam Heduigam filiam Sigiſmundi
Poloniæ Regis, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ
apud S. Marcum Anno 1535. Idus Iunij Pontificatus anno I.

Iulius III. diſpenſauit in duplici tertio, ſeu ſecundo & tertio
conſanguinitatis gradu inter Sigiſmondum Auguſtum Polonię
Regem, & Cathatinam Auſtriæ Arciduciſſam, vt ex eius literis
in forma Breuis datū Romæ apud S. Petrum Anno 1553. ter-
tio decimo Kal. Iunij Pontif. Anno IV.

Nec non diſpenſauit in ſecundo, & tertio triplici conſangui-
nitatis gradu inter Philippum Hiſpaniarum Principem Caroli
V. filium, & Mariam Angliæ atque Hiberniæ Reginam vt ex

eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum Anno 1553. 13. Kal. Iunij Pontif. anno IV. & alijs datum itidem apud S.Petrum eodem anno 1553.Kal.Ianuarij Pontif. ann. IV.

B. Pius V. diſpenſauit in primo, & ſecundo conſanguinitatis gradibus inter Philippum Hiſpaniarum Regem, & Annam ab Auſtria vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ anno 1569. nonis Auguſti Pontif. anno. IV.

Diſpenſauit etiam ſuper impedimento conſanguinitatis ſpiritualis inter Carolum Francorum Regem, & Iſabellam alias Elizabetham ab Auſtria,vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ anno 1569. tertio nonas Nouembris Pontif. ann. 4.

Et in ſecundo ab vno quarto ab alio conſanguinitatis gradibus inter Mariam Scotorum Reginam, & Henricum Steuuart Comitem Roſſen.,vt ex eius literis in forma breuis datum Romæ apud S. Marcum Anno Domini 1565. 8. Kal. Iunij Pont. anno 6.

B. item Pius V. Breue Commiſſionis direxit Archiepiſcopo S. Andreæ Epiſcopo Abirdonenſi, nec non Decano Glaſquenſi Cancellario, & Theſaurario Abirdonenſi, vt Apoſtolica auctoritate cognoſcerent de nullitate matrimonij,quod Iacobus Comes Bathuelliæ, licet Ligatus matrimonio cum Ionetta Iordon, quam per ſexdecim menſes coniugali dilectione tractauerat, & à qua per ſubreptionem iniquæ ſententiæ matrimonium reſcindentis, commiſſo data opera Adulterio, diſcedere ſtuduerat, contraxerat cum Maria Scotiæ Regina, quam dum ſolito paucorum nobilium, & familiarium numero comitata ab oppido Sterlingo, vbi filium ſuum Scotiæ Principem inuiſerat, verſus Endeburgum Scotiæ Regiam iterfaciebat, magno armatorum hominum numero conſtipatus,cum inuitam violenter rapuiſſet, ad conſenſum ſibi in matrimonio præſtandum per vim, & metum iniurioſè compulit, prædictamque Mariam Reginam Lugentem ac renitentem coram Schiſmatico Epiſcopo, & Apoſtata, vt coram ipſo conſenſum præſtaret comparere fecit, vt patet ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 15. Iulij 1571. Pontif. ann. VI.

Diſpenſauit etiam ſuper primo in ſecundo conſanguinitatis gradu inter Carolum Arciducem Auſtriæ, & Mariam Principiſſam Bauariæ, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 18. Decembris 1570. Pontif. anno X.

Nec non diſpenſauit ſuper tertio & quarto conſanguinitatis gradibus ab eodem ſtipite prouenientibus inter Franciſcum Mariam

riam de Ruuere Vrbini Principem, & Lucretiam Eſtenſem, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S.Petrum die 28. Decembris 1570. Pontif. anno VI.

Diſpenſationem pariter conceſſit ſuper tertio conſanguinitatis gradu inter Gulielmum Bauariæ Ducem, & Renatam Caroli Lotharingiæ Ducis ſororem germanam,& matrimonium inter ipſos contractum ſine auctoritate Apoſtolica, carnali tamen copula nõ ſubſequuta ad ipſorum inſtantiam ſanauit,ipſos & qui tali matrimonio interfuerant à cenſuris abſoluit,vt ex eius literis in forma Breuis datum Rom.apud S. Petrum die 13. Septembris 1567. Ponc. anno II.

Gregorius XIII. diſpenſauit in tertio conſanguinitatis gradu ſuper matrimonio contracto, & conſumato inter Henricum Regem, & Margaritam Reginam Nauarræ ipſis conſanguinitatis impedimentum non ignorantibus, & Henrico Rege nondum ex hæretica prauitate ad Eccleſiæ vnitatem Conuerſo. Agnoſcens enim Henricus ſe in matrimonio contracto cum Margarita ſine diſpenſatione Apoſtolica remanere non poſſe, pro diſpenſatione in eo remanendi ad Gregorium Papam recurſum habuit,qui iniuſtas nuptias omni vitio Apoſtolica Auctoritate ſanauit, ipſos excommunicationis ſententia, quam propterea incurrerant abſoluit, & literas reconualidationis conceſſit,ac ſi à die initi contractus legitimum fuiſſet, vt patet ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum 6. Kal. Nouembris Pontif. anno I. quam tamen non acceptauit Margarita. Quinimò ipſa reclamante coram Clem. VIII. de nullitate eiuſdem matrimonii ob defectum conſenſus,quia contraxerat per vim, & metum cadentem in conſtantem Virum, nedum in teneræ ętatis fęminam cum Hẽrico ſanguine ſibi proxime coniuncto, atque à Catholica Religione tunc alieno,cum quo nullo modo nubere volebat, ſed metu Caroli Noni Regis eius fratris, & Catharinæ Reginæ matris coactè nupſerit, poſtea verò occaſionem nactam ab eodem Henrico ſæpius ſeceſſerit, & cum per tempus licuit, prorſus deceſſit, & per quatuordecim continuos circiter annos ab eo ſeorſum manſerit. Idemque Clem. VIII. datis literis in forma Breuis Franciſco Cardinali Titulo S. Petri ad Vincula, & Epiſcopo Arelaten, & Gaſpari Epiſcopo Mutinen,in Regno Franciæ Nuncio Apoſtolico directis,ipſis commiſſit,vt quatenus conſtet quod præfatum matrimonium iuxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum nullum eſſet, idem nullum & inualidum eſſe Apoſtolica Auctoritate de-

clararent, & tam Henrico cum alia muliere, quam Margaritæ cum alio viro matimonium contrahere licitum eſſe, vt patet ex lit. datum Romæ apud S.Marcum anno 1598. Kal. Octobris Pontif. anno VIII.

Diſpenſauit etiam ſuper tertio conſanguinitatis gradu inter Henricum Ducem Bruſuicenſem, & Luneburgenſem, & Dorotheam Lotharingiæ Principiſſam, vt ex eius literis in forma Breuis datum Rom. apud S.Petrum die 23. Decemb. 1575. Pontif. anno IV.

Nec non ſuper vno ſecundo inæquali,ex alio verò tertio, & quarto Conſanguinitatis,ſeu affinitatis gradu inter Alfonſum Eſtenſem Ferrariæ Ducem,& Margaritam filiam Gulielmi Gonzagæ Mantuæ, & Montis ferrati Ducis patet ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S.Petrum 15.Iunij 1379. Pontif. anno VII.

Diſpenſauit quoque ſuper primo in ſecundo conſanguinitatis gradu inter Ferdinandum Archiducem Auſtriæ, & Annam Catharinam Gonzagam Gulielmi Mantuæ & Montis Ferrati Ducis filiam, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 24. Martij 1582. Pontif. anno X.

Et ſuper ſecundo, & tertio conſanguinitatis gradibus ab vno ſtipite prouenientibus inter Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem,& Catherinam filiam Philippi Hiſpaniarum Regis, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Marcum die 5. Septembris anno 1584. Pontif. anno XIII.

Item diſpenſauit ſuper tertio, & quarto ex vno, & altero quarto ex alio conſanguinitatis gradibus inter Vincentium Gonzagam Principem Mantuæ,& Margaritam Farneſiam Principiſſam Parmæ, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 17. Decemb. 1580. Pontif. anno IX. quod Matrimonium, quod dicta Margarita eſſet arcta ideoque conſumari nequiſſet Apoſtolica Auctoritate poſtea diſſolutum fuit,vt patet ex eiuſdem Gregorij XIII. literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 15. Ianuarij 1583. Pontif.anno II. & 8.Februarij 1583. Pont. anno XI. & die 28. Septembris 1583. Pontif. anno XII. & die 5. Decembris 1583. Pontif. anno XII.

Paulus V. diſpenſauit ſuper quarto Conſanguinitatis gradu inter Henricum Lotharingiæ Ducem, & Margaritam Gonzagam, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 22. Martij 1606. Pontif. anno I.

Et

Digitized by Google

Et ſuper primo affinitatis ex vno,& tertio,ac quarto conſanguinitatis gradibus ex altero inter Sigiſmondum Poloniæ, & Sueciæ Regem, & Conſtantiam filiam Caroli Archiducis Auſtriæ, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Marcum die 3. Septembris 1605. Pontif. Anno I.

Nec non ſuper quarto conſanguinitatis gradu inter Franciſcum Gonzagam Mantuæ Principem, & Margaritam à Sabaudia filiam Caroli Emanuelis, vt ex eius literis in forma Breuis datum Rom apud S. Petrum die 9. Ianuarij 1608.Pont. ann.III.

Ac ſuper ſecundo & quarto ex vno, & tertio, ac quarto conſanguinitatis gradibus ex altero inter Rodulphum Romanorum Regem in Imperatorem Electum, & Margaritam à Sabaudia, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 4. Ianuarij 1608. Pontif. anno III.

Diſpenſauit etiam ſuper ſecundo conſanguinitatis gradu à communi ſtipite prouenien.inter Matthiam Vnghariæ Regem,& Annam Archiduciſſam Auſtriæ, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Marcum die 4. Februarij 1611. Pontif. anno VI.

Et ſuper tertio alijſque conſanguinitatis gradibus inter Philippum Hiſpaniarum Principem, & Iſabellam Henrici Francorum Regis filiam, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Marcum die 4. Iunij 1213. Pont. anno IX.

Item ſuper tertio ex vno, nec non tertio, & quarto à communi ſtipite prouenien, ac inſuper quarto conſanguinitatis gradibus inter Ludouicum Francorum Regem,& Annam infantem Hiſpaniarum, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Marcum die 4. Iunij 1613. Pontif. anno IX. & apud S. Mariam Maiorem 12. Kalend.Februarij anno 1613. Pontif. anno IX.

Nec non ſuper tertio ex vno, & quarto ex alio,ac tertio, & quarto ex reliquo communi ſtipite prouenien, conſanguinitatis gradibus inter Philippum Hiſpaniarum Principem,& Iſabellam Henrici Francorum Regis filiam, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem anno 1613. prim. die Kal.Februarij. Pontif. anno IX.

Diſpenſauit quoque ſuper ſecundo,& tertio conſanguinitatis gradibus inter Ferdinandum Mantuæ Ducem, & Catharinam Ferdinandi Etruriæ Ducis filiã, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die 4. Februarij 1617. Pontif. anno XII.

Nec

Digitized by Google

Nec non diſpenſauit ſuper ætate,quod nimirum in duodeci-mo ſuæ ætatis anno conſtitutus Ioannes Baptiſta Gaſton Dux Andegauen. Ludouici Francorum Regis fratrer matrimonium contrahere poſſet cum Henricetta filia Henrici Ducis de Burbon,vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S.Mariam Maiorem ann. 1619. prid. 9. Martij Pontif. ann. XV.

Diſpenſauit etiam ſuper tertio conſanguinitatis gradu, & ætatis defectu inter Ludouicum de Burbon Comitem ſucceſſionem,& Henricettam Sororem Ludouici Francorum Regis,quæ ſolum vndecimum ſuæ ætatis annum attigerat, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Mariam Maiorem anno 1619. pridie nonas Martij Pontif. anno XV.

Ac ſuper ſecundo, & tertio, conſanguinitatis gradu inter Franciſcum Borbonium Principem de Conti, & Ludouicam filiam Henrici Ducis Guiſæ datum Romæ apud S. Petrum die 3. Iunij 1605 Pontif. anno I.

Gregorius XV.cum Carolus à Lotharingia Princeps de Vandemont, & Nicolaa à Lotharingia Tullen. Diec. ſecundo conſanguinitatis gradu in linea æquali inuicem coniucti inter ſe ſcienter matrimonium contraxiſſent, Carnali tamen copula non ſubſequuta; ad ipſorum ſupplicationem ſuper præfato ſecundo conſangninitatis impedimento diſpenſauit, ipſoſque à cenſuris abſoluit, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 25. Maij 1521. Pontif. anno I.

Diſpenſauit etiam ſuper duplicibus ſecundo & tertio à communibus ſtipitibus prouenien, conſanguinitatis gradibus inter Ferdinandum Romanorum Regem Imperatorem electum, & Leonoram Gonzagam ex Ducibus Mantuæ, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem 15. Octobris 1621. Pontif. anno I.

Philippus IV. Hiſpaniarum Rex ad Gregorium XV. recurſum habuit pro diſpenſatione, vt ei liceret Mariam Hiſpaniarum Infantem nuptu dare Carolo Vvaliæ Principi Hæretico, quod Papa ei indulxit, vt ex eius literis in forma Breuis datum Rom. apud S. Petrum die 11. Aprilis 1623. Pontif. anno III.

Vrbanus VIII. diſpenſauit ſuper ſecundo ex vno, & tertio, & quarto ex alio, nec non quarto ex reliquo communibus ſtipitibus prouenien. Conſanguinitatis gradibus inter Ferdinandum Vngariæ,& Boemiæ Regem,& Mariam infantem Hiſpaniarum, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die 5. Maij 1628. Pontif. anno V.

Diſpen-

Digitized by Google

Diſpenſationem pariter conceſſit ſuper tertio, & quarto con ſanguinitatis gradibus inter Carolum Gonzagam Ducem de Retel, & Mariam Gonzagam Franciſci Mantuæ Ducis filiam, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Petrum die 20. Decembris 1627. Pontif. anno V.

Diſpenſauit etiam ſuper ſecundo & tertio conſanguinitatis gradibus à communi ſtipite prouenien. inter Vvolſangum Guillelmum Ducem Neorbugen, & vnam ex filijs Ducis Bipontini hæreticam, quæ tamen hæreſes abiurare cupiebat, vt ex eius literis in forma Breuis datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die 15. Septembris 1629. Pontif. anno VII.

Rem ipſam probant, noſtris temporibus ab inuictiſſimo Imperatore Leopoldo ſummæ virtutis, & pietatis Hæroe, ab æternæ memoriæ Philippo IV. Catholico Monarcha, & Hiſpaniarum Rege; nec non à Ludouico XIV. Galliæ Rege contracta matrimonia, quibus ne aliquod obſtaret impedimentum dirimens, eo quod arctiſſimo ſanguinis vinculo inter ſe coniuncti ad Catholici Orbis tranquillitatem, & pacem, vt eiuſdem ſanguinis fœminas in ſecundo & tertio, nec non alijs multiplicibus conſanguinitatis, & affinitatis gradibus ſibi proximas in vxores legitimas haberent, non prius cum ipſis Nuptias contraxerunt, quam ſublato impedimento, per Apoſtolicam diſpenſationem, à Romanis Pontificibus Alexand. S. M. VII. Clemen. S. M. IX. & Clemen. X. ſuis ſucceſſiue temporibus Regio nomine, porrecta ſupplicatione obtentam. Hæc miror, Orthodoxis, & Etherodoxis omnibus publica, ignorare *Launoium*. Haud ſcio an maior, vel craſſior ignorantia dari poſſit. Ab Eccleſiæ Catholicæ ſæculo non eſt auditum, quod Orthodoxi in ſubſtantialibus matrimonij, ab Eccleſiaſticis ſanctionibus declinauerint. Hiſtorica omnia tum ſacra, tum profana documenta teſtantur Imperatores, Reges, & Principes omnes Chriſti Fidem profitentes, tam in proprijs quam in ſuorum ſubditorum nuptijs contrahendis, vel diſtrahendis Eccleſiaſticas leges ſumma pietate ſemper veneratos fuiſſe, & cauſas matrimoniales nec non ſubſtantialia matrimonij, vt pote ab eorum iuriſdictione exempta, Eccleſiæ iudicio reliquiſſe. Si qui verò contumaces reperiuntur, quamuis Regia Maieſtate fulgentes, cenſuris Eccleſiaſticis ad bonam frugem redactos, contra inſtitutum Eccleſiæ contracta matrimonia eiuraſſe, grauiſſimiſque pænis inceſtuoſa coniugia ne dum à Romanis Pontificibus, ſed diuinitus punita fuiſſe, & tamen vt falſum Thema ſuadeat hæc

omnia

omnia, & ii notiſſima, quaſi ipſa ignoret, ſilentio inu[illegible] præterit *Launoius* ad cuius Aſſertiones, rationes, & argu[illegible] ſuiſmet argumentis, verbis atque doctrinis, confutanda de[illegible]do. Eccleſiaſticamque in matrimonium fidelium poteſta[illegible] approbaſſe tam varios, & inſignes Theologos, præcla[illegible] acutos vtriuſque Iuris Interpetres genio ingenioque diſcre[illegible]tes, & quotquot Catholicos DD. habemus, contra *Lau*[illegible] ctrinam generale argumentum ſit ab auctoritate inuictum.

QVARTA ASSERTIO.

Sæculares Principes ſiue fideles, ſiue infideles ex gene[illegible] *natura ſuæ poteſtatis ſuis ſubditis infidelibus impedimenta matrimonium dirimentia datis legibus indicere poſſunt.*

34. VEritas huius Aſſertionis eidem rationi innititur, [illegible] eſt fundamentum primæ aſſertionis, ſenſu ta[illegible] contrarijs deſumpto. Quamobrem cum prima, & vnica [illegible] ex qua dictum fuit: Ad Eccleſiam pertinere ferre leges, l[illegible]mum matrimonij contractum inter fideles impedientes, v[illegible]rimentes, in Sacramenti ratione conſiſtat, quæ legitimi[illegible] ſium nuptiis eſt indiuiſibiliter, & eſſentialiter vnita. V[illegible] cum poteſtas, qua matrimonij contractum antequam ele[illegible]tur ad eſſe Sacramenti, Laicalia Iura reſpiciebant, illicò [illegible] eius eleuationem ceſſare cœperit, & fidelium Nuptiæ ſu[illegible] tura Eccleſiaſticæ iuriſdictioni reſeruatæ remanſerint. D[illegible]dum ſequitur, quod ad poteſtatem Ciuilem pertineat in[illegible]re leges, naturalem, & Ciuilem matrimonij contractum [illegible]cientes, & conſequenter quod vti cæteri contractus ſit po[illegible] poteſtati ſubiectus, adeò vt Principes tam fideles quam in[illegible]les etiam hodie ſuis ſubditis infidelibus leges indicere poſſ[illegible], quibus matrimonia iuſta cauſa interdicant, & dirimant. [illegible] cum in infidelium matrimonijs ceſſet ratio Sacramenti, c[illegible]quenter ceſſat ratio ex qua matrimonium remanet Eccleſiæ reſeruatum: Ita docent vno ore *Theologi* cum *D. Thom.* 4. *d.* 39. *quæſt.* 1. *art.* 2. *ad* 3. *Durand.* *ibid. quæſt.* 1. *in ſolut. ad* 2. *num.* 10. *Aſtenſ. ſum.* 2. *p. lib.* 8. *tit.* 21. *art.* 1. *quæſt.* 4 *Abulen.* 1. *Reg.* 8. *quæſt.* 175. & 176. *Roſell. verb. Impedimen.* 9. *num. vlt. Angel. matrim.* 3. *impod.* 10. *num.* 1. *D. Anton.* 3. *p. tit.* 1

cap.

Digitized by Google

cap. 6. verſ. Tertium punctum eſt Sylu. matrimonium 8. *qu.* 10. *dict.* 2. *Gaeta repet. cap. ad Limina* 30. *qu.* 3. §. 4. *num* 435. *Cuccus lib.* 5. *inſt. maior. tit.* 12. *num.* 102. *Enriq. lib.* 12. *de matrim. c.* 1. *num.* 5. *Petrus de Ledeſma, matrim. qu.* 50. *art.* 1. *dub.* 1. *Sot. Ledeſm. Palac, Veracruz, Lopez, Emanuel Sa, Vega, Manuel, cum alijs,* quos refert, & ſequitur *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.*
346 3. *num.* 4. *verſ.* 2. *deducitur,* vbi bene aduertit, quòd Hæbreorum Reſpublica, quia non eſt libera, neque Principem habet matrimonii impedimenta ſtatuere non poteſt; ſtatuta verò Moſaica lege *Leuitic.* 18. cum illa lege in Chriſti Domini paſſione expiraſſe.

347 Notandum verò contra *Sanch.* cui & adhæret *Coninch.* fideles Ethnicis Principibus ſubiectos, non adſtringi impedimentis dirimentibus; iuxta eorum ritum, & leges ciuiles, quam ſententiam pluribus docent *Tannerus de matrim. Theſ.* 137. *Layman. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 4 *cap.* 1. *num.* 3. & ratio eſt euidens, quia fidelium matrimonia ſi legitima ſint, Sacramenti rationem inſeparabiliter adiunctam habent, vnde à laicali iuriſdictione Principis etiam fidelis exempta, & ſoli Eccleſiæ reſeruata remanent, vt ſatis conſtat ex dictis, & mox patebit, ex confutatione rationum, & argumentorum quibus *Launoius* contra communem omnium Canoniſtarum, & Theolorum opinionem, Quin contra ipſam veritatem ſuam ſententiam fulcitur. Catholica enim veritas eſt de qua teſtantur *Vaſquez*, *Pontius*, *Hurtado*, & omnes ſupracitati præſertim *Sorbonici* Profeſſores, Chriſtianos Principes, etiam ſpectata ſui natura, & quantum in ſe eſt, non poſſe impedimenta matrimonij conſtituere, tum attenta qualitate rei ſacræ, quæ legitimo matrimonij contractui inter fideles inſeparabiliter inhæret, tum attenta reſeruatione Eccleſiæ. Hoc autem cum abſolutè neget *Launoius* quanti ponderis ſint eius argumenta & rationes expendamus.

CAP. II.

Doctrinæ, Rationes, Obſeruationes, & Argumenta à Ioanne Launoio adducta expenduntur, & eius Aſſertiones, vti erroneæ reijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Argumenta* Launoij *eius Thema non probant*.
2 *Orthodoxi DD. vna ore fatentur Eccleſiaſtici Iuris eſſe in ſubſtantialibus matrimonij leges inſtituere*.
3 Sent. Magiſt. *loc. à Launoia citato Ius* Eccleſiæ *probat in matrimonio*.
4 *Idem probat* Albert. Magn.
5 *Iudicialia alia ſunt Eccleſiaſtica, alia laicalia*.
6 *Doctrina D. Thomæ ex diametro repugnat Themati, pro quo ex aduerſo allegatur*.
7 *Diuerſa eſt lex quæ impedit ſimpliciter, ab ea quæ ſimul etiam matrimonium dirimit*.
8 Petri Aureoli *doctrina plenariam Eccleſiæ poteſtatem probat in matrimonio*.
9 *Papa vtriuſque gladij poteſtatem habet*.
10 Petrus de Palude *Themati* Launoij *expreſſè repugnat*.
11 *Mulier ſequitur conditionem Viri*.
12 *Expenditur alterum Argumentum* Petri de Palud. *&* *contra* Launoium *probare oſtenditur*.
13 Okam *doctrinam* Launoij *Themati repugnare ad literam oſtenditur*.
14 *Referuntur verba* Thom. de Argentina *& explicantur, nec non* Launoij *Themati repugnare oſtenduntur*.
15 *Explicantur verba* Bertrand. de Villa *quæ contra* Launoium *Ius Eccleſiæ in matrimonium probant*.
16 *Inter Catholicos non niſi Eccleſiaſtica lege matrimonia conſtituuntur*.
17 *Illi duntaxat ad matrimonium contrahendum illegitimi conſiderantur, quibus Eccleſiaſtica lex reſiſtit*.
Auctoritates Ioannis Capræoli, *&* Guillielmi Vorillonij *probant contra Launoium ibidem num.* 17.
18 *Exponitur quomodo Princeps Sacularis leges ferre poſſit ſeruandas* in

Digitized by Google

in matrimonijs contrahendis ob bonum publicum.

Philippus Gamacheus Doctor Sorbonæ *contrariam* Launoio *ſententiam docet ibidem num.*18.

19 *Recenſetur concluſio* Andreæ Duuallij *contra* Launoium.

20 *Non valet argumentum ab eo quod olim fieri poterat, ad illud, quod hodie fieri debet.*

21 Iacobi Hennequinni *error reijcitur, quod matrimonium laicali poteſtati ſubdatur.*

22 *Quæ poteſt Eccleſia in Sacramento matrimonij Principibus Laicis etiam concedere eſt hæretica propoſitio.*

Io:Baptiſtæ Gonetti *Iudicium ſententiæ* Launoij *repugnat, ipſamque deſtruit ibidem num.*22.

23 Gentianus Heruetus *non probat quod ſupponit* Launoius *ſed docet in matrimonijs filiorum neceſſarium eſſe Parentum conſenſum cuius item improba ſententia reijcitur.*

24 Launoij *Themati repugnat aſſertio* Hincmari Archiepiſcopi Remenſis *quam pro ſe idem* Launoius *refert.*

25 *Eccleſia habet ius in contractu matrimonij occaſione Sacramenti.*

Nicolaus Baionenſis Launoij *Themati reſiſtit ibidem num.*25.

26 *Ratio Sacramẽti abſorbet omnia eſſentialia ad contractũ matrimonij.*

*Dignus trahit ad ſe minus dignum ibidem num.*26.

27 *Vniuerſitas diſtinguitur in Eccleſiaſticam, & laicalem.*

Explicantur Hadriani VI. *verba, quæ pro ſuo Themate refert* Launoius.

28 *Ordinatio non dicitur iuſta, ſi non eſt vniformis Iuri à quo ordinanda pendent.*

29 Albertus Pighius *de Ethnicorum matrimonio loquitur.*

30 *Magiſtratibus laicis competunt, quæ finem naturalem matrimonij reſpiciunt.*

*Oſtenduntur quæ naturali fini matrimonij deſeruiant ibidem n.*30.

Ruardus Tapperus *ſententiæ* Launoij *ex diametro obſtat ibidem num.*30.

31 *Ius Eccleſiaſticum aliud diuinum aliud poſitiuum, & quid intendat* Iacobus Latomus *exprimitur.*

32 *Quæ excludunt valorem contractus, irritum quoque faciunt matrimonium, quod ſolum poteſt Eccleſia, & hoc eſt quod* Franciſcus Sonnius *docet contra* Launoium.

33 Guillelmus Mercerus *loquens de poteſtate laici Principis in matrimonijs Infidelium docet quod vult* Launoius. *Vbi autem loquitur de eadem poteſtate in matrimonijs fidelium omnino docet contrarium.*

Digitized by Google

34 Duacenſium Theologorum *doctrina eſt, quod ſtante reſeruatione Eccleſiæ ſæculares Principes nihil poſſint in matrimonijs fideliũ. Vnde repugnat Aſſertioni* Launoi.

35 Salmanticenſium, & Complutenſium Theologorum *doctrinam* Launoij *Aſſertiones concutere oſtenditur.*

36 Italię Theologorum *ſententia ex diametro* Launoij *Themati opponitur.*

37 Theologos Soc. Ieſu *vno ore fateri, contra* Launoium, *oſtenditur nihil poſſe Principes laicos in conſtitutione legum matrimonium impedientium, & dirimentium.*

38 *In matrimnnio conſideratur ratio ciuilis contractus, & ratio Sacramenti; & quomodo hæc diſtinguantur exprimitur.*

39 *Aſſignatur differentia inter matrimonium fidelium, & matrimonium Infidelium.*

40 *Per eleuationem matrimonij ad eſſe Sacramenti, facta eſt mutatio eſſentialis.*

41 *Explicatur Aſſertio innixa argumento quod matrimonium quatenus eſt Sacramentum ſit contractus humanus.*

42 *Leges Eccleſiæ etiam politicæ Reipublicæ conſeruationem, & augumentum reſpiciunt.*

43 *Diuerſa eſt ratio matrimonij quatenus eſt Sacramentum à ratione aliorum contractum.*

44 *Falſa eſt propoſitio quod impedimentum matrimonium dirimens ſit lex Ciuilis.*

45 *Oſtenditur quomodo intelligenda ſit propoſitio, quod matrimonium vti contractus ſit Iuri Ciuili ſubordinatum.*

46 *Quod olim poterant Imperatores circa contractum matrimonij, id hodie multò magis poteſt Eccleſia.*

47 Launoius *non diſtinguit matrimonium quatenus non egreditur fines ſimplicis contractus, à matrimonio quod eſt Sacramentum.*

48 *Non quod Ethnicis licuit; Catholicis Principibus licitum eſt.*

49 *DD. à* Launoio *relati non negant Ius Regium in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, ſed loquuntur de matrimonio non egrediente finem ſimplicis contractus.*

50 *Sęculares Principes poſſunt & potuerunt inſtituere leges dirimentes matrimonium non egrediens fines ſimplicis contractus.*

51 *Id legitimum dicitur, quod conuenit legibus ſub quantũ eſt poteſtate.*

52 *Declarantur verba* Canon. 102. Africani Concilij.

53 Trid. Concil. *Eccleſiaſtico Iuri reſeruauit auctoritatem reſcindendi matrimonia clandeſtina.*

54 *Explicantur verba* cap. per venerabilem. Qui filij ſint legitimi.

55 *Prin-*

Digitized by Google

55 *Principes Laicus natalium reſtitutionem concedere non poteſt, quoad res Eccleſiaſticas,*
56 *Facta non probant ea quæ ſunt Iuris.*
Bleſis celebrata regni Comitia Ius Eccleſiæ probant in matrimonium ibidem num. 56.
57 *Tridentini Patres Iure Eccleſiæ leges promulgarunt.*
58 *Legati Sæcularium Principum Tridentino Concilio interfuerunt, vt expoſita cuiuſque Ditionis neceſſitate à Concilij Patribus legem expectarent.*
59 *Hiſtoricis documentis confirmatur Ius Eccleſię in matrimonium.*
60 *Ius inſtituendi leges matrimonium impedientes, & dirimentes competit Eccleſiæ ſtante eleuatione contractus in Sacramentum, & reſeruatione eiuſdem Eccleſiæ.*
61 *Theologorum nullus dubitat, quod ſæculares Principes, ſtante reſeruatione Eccleſiæ nihil diſponere poſſint in eſſentialibus matrimonij, quatenus eſt Sacramentum inter fideles.*
62 Launoius *ineptè* Hurtadum *redarguit.*
63 *Lateranenſis Concilij decretum conuincit* Launoij *mendacia.*
64 *Matrimonia hodie reguntur iure Poli non iure fori.*
65 *Referuntur verba, & diſpoſitio cap. de Francia de ſponſ. & matrimon. nec non reijciuntur reſponſiones* Launoij.
66 *Explicantur verba text. in* cap. multorum 35. quæſt. 6.
67 *Explicantur verba* cap. ex literis de conſanguinit. & affinit.
68 *Explicantur verba* cap. Accedentibus de exceſs. Prælat.
69 *Explicantur verba* cap. S. Mariæ, De conſtit.
70 *Explicantur verba* cap. Tuam de Ord. cognitionum.
71 *Cauſa natalium pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum. Aſſignatur etiam differentia quæ eſt inter ipſam, & reſtitutionem natalium.*
72 *Recenſetur diſpoſitio* Trid. can. 12. ſeſſ. 24. de reform. matrim.
73 *De his quæ ſunt extra Eccleſiam, nihil ad Eccleſiam.*
74 *Hæreſim redolet, in his quæ ad mores pertinent, Papam de errore redarguere.*
75 *Non valet argumentum à præterito ad præſens.*
76 *Eius eſt legem ſoluere, cuius eſt ipſam conſtituere.*
77 *Sola Eccleſia ſoluit & diſpenſat ſuper impedimentis matrimonium dirimentibus.*
78 *Non ſemper matrimonium habuit qualitatem Sacramenti.*
79 *Alphonſus Caſtellæ Rex, & Vrraca ob inceſtuoſas nuptias diuinitus puniuntur.*
80 *Ex Epiſtola* Petri Cellenſis *probatum remanet Ius Eccleſiæ in matrimonium.*

81 *Ius*

Digitized by Google

81 *Ius Canonicum abrogauit Ciuiles leges inter conſobrinos matrimonium permittentes.*

82 Card. Bellarmini *diſtinctio in materiâ matrimonij, perpenditur. Redarguitur* Launoius, *quod Bellarmini ſententiam contumelijs afficiat. ibidem num.82.*

83 Card.Bellarmini *doctrinam eſſe veram, & iuxta communẽ Theologorum ſententiam oſtenditur.*

84 Cardinalis Bellarmini *virtus laudatur.*

85 Africani, & Tridentini Concilij *Canones Ius Eccleſiæ in matrimonium probant.*

86 *Contractus legitimus matrimonij non ſeparatur à Sacramento.*

87 *Illorum. reijcitur opinio, qui Sacerdotem Sacramenti matrimonij miniſtrum eſſe putabant.*

88 Cardinalis Bellarminus *peritiam optimam Sacrorum Canonum habuit.*

89 *Remiſſio cauſæ, inter Clotarium, & Teteberga, ab Imperatore ad Synodum facta confirmat Ius Eccleſiæ in matrimonium.*

90 *Vbi eſt quæſtio An cauſa ſit matrimonialis, nec ne, recurrendum pro deciſione ad Iudicium Eccleſiæ.*

91 *Pauli Seruitæ errores in hiſtoria Concil.Trid.deteſtantur.*

92 *Chriſti exemplo matrimoniales cauſas eſſe fori Eccleſiaſtici probatur.*

93 *Reijcitur* Launoij *Aſſertio, quod ad praxim totius Eccleſiæ non ſint referenda quæ Chriſtus fecit, & Paulus docuit.*

94 *Leges ab Eccleſia latæ quoad cauſas matrimoniales probant Ius Eccleſiæ in matrimonium.*

95 *Ius Eccleſiæ in matrimonium, ſaltem ex reſeruatione, probant vna voce Catholici DD.*

96 *Reprehenditur* Launoius, *quod vitium in diſputando dicat Argumentum deſumere ab exemplo Chriſti.*

97 *Princeps ſæcularis leges ferre non poteſt, quæ directè, vel indirectè pertinent ad matrimonij ſubſtantiam.*

98 *Papa Eccleſiam repreſentat.*

99 *Ciuiles leges irrogantes infamiam Viduis nubentibus intra annum luctus à iure Canonico ſunt correctæ.*

100 *Contractus matrimonij eleuatus ad eſſe Sacramenti, vti res ſacra eximitur à poteſtate ſæculari.*

101 *Aqua fluuialis, vel putealis non eſt eleuata ad eſſe Sacramenti, ſed deſignata vti materia, ex qua conficiatur Sacramentum Baptiſmi.*

102 *Aqua elementaris eleuata dicitur ad eſſe Sacramenti, accedente forma*

Digitized by Google

forma determinata. Materia determinata ad conficiendum Sacramentum non egreditur à poteſtate laicali niſi poſtquam eſt eleuata per formam. ibidem num. 102.

103 *Hæreticum eſt dicere quod Sacerdotes ſint ſubditi poteſtati laicali. Idem de rebus Sacris, vel Deo dicatis.*

104 *Defenditur* Caniſius, *& impiæ* Launoij *Aſſertiones reijciuntur.*

105 *Principes laici leges ferre poſſunt dirimentes matrimonium non egrediens fines ſimplicis contractus, Non verò quatenus eſt Sacramentum.*

106 *Doctores aſſerentes matrimonium etiam in lege veteri Sacramentum fuiſſe, non ſunt intelligendi iuxta ſenſum literæ.*

Reprehenditur Launoius *quod* Bellarminum *Canonum imperitiæ inſimulet. ibidem num.* 106.

107 *Reprehenditur* Launoius *quod illorum DD. dicta retractet, quos ſua ſententiæ fautores adduxit.*

108 *Eſt aſſertio hæretica dicere quod reſeruatio poteſtatis facta ab Eccleſia reſpectu matrimonij, non poſſit defendi à latrocinio.*

109 *Qui matrimonium fidelium laicali iuriſdictioni ſubordinatum aſſerunt, Sacramentum non eſſe cum* Luthero *ſentiunt.*

110 *Vbi de matrimonio agitur circumſcriptis quibuſcunque legibus Ciuilibus, attenditur Ius Canonicum.*

111 *Falſum eſt quod Eccleſia iure ſtatuendi impedimenta matrimonium dirimentia Regnum expoliauerit.*

Nullum unquam Ius habuerunt laici Principes in matrimonium quatenus eſt Sacramentum. ibid. num. 111.

112 Launoius *ſequitur deliria* Pauli Suaue,*in terminis* Trid. Concil.

113 *Reprehenditur* Launoius, *quod aſſerat; Patres Trid. Concil. legem clandeſtina matrimonia abrogantem à laico Principe petere debuiſſe.*

114 *Henricus III. Galliarum Rex à Tridentino Concilio decernendum petijt, ut clandeſtina matrimonia declarentur irrita.*

115 *Auctoritate Eccleſiæ in Gallia clandeſtina matrimonia irrita declarata fuerunt.*

116 *Falſum eſt quod dicit* Launoius *de conflictu à* Burcardo, Iuone, & Gratiano. *Eccleſiaſticis legibus.*

117 *Galliæ praxis eſt quod cognitio de matrimonijs fidelium pendeat à Iudicio Eccleſiæ, & eſt falſum, quod in hac parte tradit* Launoius.

118 S. Godeberte *Parentes ex reuerentia Regis conſenſum in matrimonio filij exigiſſe conſtat.*

119 *Nuptiæ à* S. Salaberga *Regis iuſſu contracta, non probant quod* Launoius *intendit.*

120 *Me-*

120 *Merouei cum Brunechilde matrimonium contra legem Canonicam contractum diſſoluitur.*
121 *M roueus ob inceſtas nuptias diuinitus punitur.*
122 *Hiſtoralda à ſecundo Viro diſcedit, & ad primum redit.*
123 *Clotarius legem tulit contra raptores.*
124 *Leges diſſoluentes matrimonia à raptoribus contracta in Pariſienſi, & Turronenſi Concilio latæ fuerunt.*
125 *Inceſtuoſæ nuptiæ ab Eccleſia puniuntur.*
126 *Vermerienſe, & Compedienſe Concilium de iuſtis cauſis diuortÿs legem tulit.*
127 *Diſſolutio matrimonÿ inter Carolum Magnum, & Bertam Iure Eccleſiæ facta fuit.*
128 *Ex Capitularibus Caroli Magni conſtat cognitionem cauſarum matrimonialium ad Eccleſiæ iudicium pertinere.*
129 *Capitularia Caroli Magni, Ludouici Pÿ, & Lotharÿ ab Eccleſia confirmata fuerunt.*
130 *Fons Capitularium Caroli Magni &c. fuerunt ipſa Concilia.*
131 *Carolus Caluus contra Balduinum quod Iudith eius filiam ſibi in Vxorem furatus eſſet Eccleſiaſtico iudicio proceſſit.*
132 *Caroli Calui edicta in rebus ad matrimonium ſpectantibus Eccleſiaſticis ſanctionibus famulari oſtenduntur.*
133 *Ius Ciuile quoad conſenſum Parentum in matrimonÿs filÿ eſt à Iure Canonico correctum.*
134 *Parentum conſenſus ex honeſtate, non ex neceſſitate exigitur.*
135 *Canones* Concilÿ Arelaten. & Moguntia. *Ius Eccleſiaſticum in Matrimonium confirmant.*
136 *Roberti Regis Galliæ inceſtuoſæ nuptiæ iudicio Eccleſiæ diſſoluuntur, & puniuntur.*
137 Iuo Carnotenſis *probat contra Launoium matrimonia ſpectare ad forum Eccleſiæ.*
138 *Explicantur verba epiſt.* 129 Iuonis.
139 *Non ſufficit allegare ciuiles prohibitiones reſpectu matrimonÿ, ſed expendendum quo Iure emanauerint, & quam vim habeant.*
140 *Abſurdum adducere non eſt argumentum ſoluere.*
141 D. Bernardus *Ludouicum Craſſum alteram Herodem appellat.*
142 *Non omnia, quæ facta fuerunt ab Imperatoribus, & Regibus Iure facta dici poſſunt.*
143 *Ludouicus VII. Galliæ Rex vt Eccleſiaſticis Decretis obtemperaret inceſtas nuptias ſoluit.*
144 *Ludouicus VIII. matrimonium Erardi cum filia Regis Cypriorum prohibuit, quod eſſent inter ſe conſanguinei.*

145 *Prin.*

145 *Princeps ſæcularis quomodo ad bonum Reipublicæ poſſit impedire matrimonium ſine violatione Iuris Eccleſiaſtici, oſtenditur.*
146 *Clemens IV. diſpenſauit in quarto conſanguinitatis gradu Henrico fratri Regis Nauarræ.*
147 *Factum Ius non probat.*
148 *Contumaces actus contra Ius Eccleſiæ, nihil probant.*
149 *Clemens V. Bonifacij VIII. iuſtitiam agnouit.*
150 *Diſtinguendum eſt factum à Iure.*
151 *Diſtinguenda ſunt ea, quæ ſunt honeſtatis, ab ijs quæ ſunt neceſſitatis.*
152 *Margaretæ, & Edemondi filij Anglorum Regis Nuptiæ contractæ cum obſtaculo cognationis diſſoluuntur.*
153 *Diſpenſationem concedere in gradibus ab Eccleſia prohibitis non pendet a iuſtitia, ſed a ſumma gratia Papæ.*
154 *Ob diſſolutionem matrimonij ex quo Regni tranquillitas turbatur recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicam.*
155 *Henricus II. agit coram Romano Pontifice ſuper nullitate coniugij à Ioanna Albretana inuita contracti.*
156 *Iacobus Aragonum Rex iudicialiter conuenitur coram Papa, vt cauſam pacti matrimonij diſputaret.*
157 *Matrimonium à Iacobo Aragonum Rege cum Leonora Regis Caſtellæ filia contractum iudicio Eccleſiæ diſſoluitur.*
158 *Clandeſtina matrimonia in Gallia Iure Eccleſiaſtico ſunt prohibita.*
159 *Henrici III. prohibitio ne ſui Regni proceres cum fœminis alienigenis matrimonium contrahant, non habet vim dirimendi matrimonium contra ipſam contractum.*
160 *Contaldus Mareſcallus Bironius ad mortem damnatus fuit ob dubium proditionis.*
161 *Reſtauratio Bleſenſis Edicti de Clandeſtinis matrimonijs facta ſub Ludouico XIII. famulatur diſpoſitioni Sacrorum Canonum.*
162 *Cauſa reſtitutionis natalium difert à cauſa matrimoniali.*
163 *Orthodoxi diſtinguendi ſunt ab hæterodoxis.*
164 *Baſilij Macedonis Imp. Orientalis Lex de quartis Nuptijs non diſcrepat à Iure Eccleſiæ ſed ei famulatur.*
165 *Sub Leone VI. Imp. Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtas agnita fuit.*
166 *Manuelis Comneni auctoritate conſtat ab Eccleſia matrimonij impedimenta eſſe conſtituenda.*
167 *Matrimonij vinculum propter Adulterium non diſſoluitur, & contrarium aſſerere eſt hæreticum.*
168 Caietanus Eraſmum *ſequutus, dixit matrimonij vinculum diſſo-*

Digitized by Google

lui per adulterium, ſed ſuam ſententiam propoſuit, ſalua definitione Eccleſiæ.

169 Eraſmi *Opera ſub* Paulo IV. *naufragium fecerunt.*

170 *Eraſmi error de diſſolutione vinculi matrimonij propter Adulterium Pariſijs damnatus fuit.*

171 *Lutheri error eſt admittere ex adulterio diſſolutionem vinculi matrimonij*

172 *Secundas Reginarum Hiſpaniæ Nuptias Toletanum Concilium prohibet.*

173 *Innocent. III. legitimum enunciauit diuortium inter Henricum I. Caſtellæ Regem & filiam Regis Portugalliæ propter impedimentum conſanguinitatis.*

174 *Quæ dantur per modum conſilij, non inducunt iuriſdictionem.*

175 *Luitprandi Longobardorum Regis lex ne quis ducat vxorem de conſobrino relictam famulatur ſanctionibus Eccleſiæ.*

176 *Papa vti temporalis Dominus ſimpliciter conſiderari non poteſt.*

177 *Falſum eſt quod Papa vnquam Imperatori ſubditus fuerit.*

178 *Papa habet Dominium in Imperatorem, & Reges, & quomodo.*

179 *Proteſtatur Auctor ſe venerari perſonam Launoy, calamum verò contra eius duntaxat doctrinam ſtrinxiſſe.*

1 REm aggredior, & me tibi aduerſarium exhibeo, eruditiſſime *Launoi*. Fidenterque aſſero, nihil prorſus in tuo Tractatu veritatis, aut auctoritatis haberi, quod tuum, *de Regia in matrimonium poteſtate*, Thema confirmet. Miror quomodo tu Vir Catholicus, ab omnium Orthodoxorum DD. ſcopo deflectens, infelicem ſententiam exponas, tantoque animi impetu hanc Prouinciam ſuſceperis, quaſi in eo fortunæ, totum Ius Regium ſitum ſit. Quod quidem accumulatis auctoritatibus, & doctrinis probare contendis, ſed quod intendis, non probant. Quinimo rationes, doctrinæ, leges, & exempla à te ipſo relata tuo Themati repugnant. Summa attentione, & diligentia, quibus tuum Thema fulciris legi, atque peruolui, eorum ſenſum diligenter inueſtigaui, & in perquirendis, tum ſacris tum profanis hiſtorijs non parum operis poſui. Venas omnes tum Canoniſtarum,
2 tum Theologorum, tum Iuriſtarum tentaui. Fibras inſpexi: & ne quid præteriret eorum, quæ rem continerent, omnia adeò ſubtiliter rimatus ſum, vt in doctrina, quam expono, & ſi velim fallere non poſſim. Hoc vnum verò apud Orthodoxos DD. inueni, ipſorum omnium ſcopum eſſe, in matrimonio fidelium,

lium, Eccleſiaſticam poteſtatem venerari, & in Eccleſia, circa matrimonij eſſentialia, ius retinere, tum ipſa rei natura inſpecta, tum Eccleſiæ reſeruatione attenta. Quod vt clarius conſtet, ſingula tua argumenta, rationes, & auctoritates nitidè, atque explanatè propono, eaque aperte, atque perſpicue confutare aſſumo. Quin & pleraque in te ipſum retorqueo, ijſdemquemet tuis rationibus, verbis, doctrinis, & hiſtoricis documentis ſuſtinebo, quod promitto, ita vt ſi tecum cohærere velis, Eccleſiaſticam, & ipſe in matrimonium poteſtatem fateri debeas.

In prima igitur parte tui *Tract. Art.* 1. Hoc Thema docendo proponis. *Chriſtianus Princeps ſæcularis leges matrimonium dirimentes ſtatuere poteſt.* Magno verborum apparatu hoc probare niteris, coloras dicterijs, ſcommatibus, & contumelijs, nec non impoſitione opinionum, quas nunquam ſomniarunt Orthodoxi *Pariſienſes, Burdigalenſes, Remenſes, Muſſipontani, Louanienſes, Duacenſes, Salmanticenſes, Complutenſes, Itali, nec non Societatis Ieſu variarum nationum Theologi*, quorum verbis, & auctoritate tuum Thema fulciri ſtudes, vt ſic quam apud doctos, pioſque Principes te habiturum deſperabas, apud indoctos gloriam inuenires. Artificiosè quidem, ac ſolecter feciſti, quod vidiſſes non poſſe, ſolidam de iure Eccleſiaſtico in matrimonium doctrinam, inuictis munitam argumentis, vno DD. ore receptam, antiqua præſcriptaque Eccleſiæ ſententia firmatam refellere, vt hoc fuco inducto, ſæcularibus Principibus, cunctiſque Lectoribus tuam cunctationem obtegeres. Nec temere dico. Nam ſi in tua Aſſertione perſiſtere velis, prope eſt, vt à veritate ipſa deficias, imò à te ipſo diſcedas. Quamobrem tuis in te palam argumentis retortis, iam oſtendo te *in tuo, De Regia in matrimonium poteſtate Tractatu* operam, & oleum, & vtinam ne animam perdidiſſes. Vt vero Lectores agnoſcant, te ſcopum non colimaſſe, rationes ipſas, & auctoritates, à te pro tuo Themate adductas propono, quibus cunctis patebit quam inſanam doctrinam ſequaris, & doceas; quantumque à tuo Themate aliena ſint, quæ in ipſum influere opinaris.

3 In cap. 1. num. 1. vbi Pariſienſium Theologorum de propoſito Themate iudicia recenſes, refers verba *Magiſt. ſent. in* 4. *diſt* 39. vbi matrimonium definiendo, dicit *Matrimonium legitimum eſt, quod legali inſtitutione, vel Prouinciæ moribus, non contra iuſſionem Domini contrahitur.* Hinc infers. *Magiſt. ſent.* legitimi

Digitized by Google

matrimonij naturam ex legum inſtitutione, & Prouinciarum moribus repetit, & Principum Laicorum, quibus illa duo ſubſunt, vt matrimoniũ valeat, vel non valeat, ordinationi relinquit. Sed nihil commune habet cum antecedenti, deſumptum conſequens; Quinimo oppoſitum euidenter deducitur cum in his, quę ad matrimonij eſſentialia pertinent, inſtitutionem legalem ab Eccleſiaſticis legibus deſumendam eſſe ſit Catholicę veritatis Dogma, quod *à mag. ſent.* nunquam in quæſtionem deductum, quin omni veratione receptum, & approbatum reperitur.

4 Eodem *cap.* 1. *nu.* 2. ex *Albert. Magn. in* 4. *ſent. diſt.* 34. hæc refers: *Modus contrahendi matrimonij eſt iudicialis, & ideo variatur ſecundum leges contrahentium.* Hinc conſequens deducis. *Ergo matrimonij leges ad ſæcularem iuriſdictionem pertinent.* Amice, ſi quæ iudicialia dicuntur, ad forum duntaxat ciuilem referri poſſent, bene diceres *Launoi*. Quia modus matrimonij contrahendi eſt iudicialis, neceſſario ad ſæcularem poteſtatem pertinent leges matrimonij. Sed cum triti iuris ſit, iudicialia iuxta ſu-
5 biectam materiam, diſtingui in Eccleſiaſtica, & ſæcularia. Dicas quæſo dum apud Orthodoxos omnes, ipſoſque Etherodoxos receptum eſt, modum matrimonij contrahendi pendere à iudicio Eccleſiæ, qua ratione ab omnium DD. ſententia diſcedis, & matrimonij leges, ad ſæcularem iuriſdictionem pertinere aſſeris? Moueris forſan ex illis verbis: *& ideo variantur ſecundum leges contrahentium.* Profecto falleris, nam variatio de qua *Albert. Magn.* loquitur, non ſubſtantialia matrimonij, quæ de ſui natura ſunt inuariabilia, ſed ſolemnitates reſpicit.

Num. 3. eiuſdem *c.* 1. verba *Angelici Doctoris in* 4. *ſent. diſt.* 34. *qu.* 1. *art.* 1. *ad.* 4. *& diſt.* 36. *art.* 5: nec non *lib.* 4. *contra Gentes*
6 *cap.* 78. in tuum ſenſum rapis. Sed miror quomodo *D. Thom.* auctoritatem ad tuam firmandam ſententiam adducere non erubueris, cum directè quod a te dicitur *D. Thom.* refellat. Non ne *D. Thom.* in verbis à te ipſo relatis docet. *Ad quartum dicendum quod perſonæ illegitimè ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo, quod ſint contra legem, qua matrimonium conſtituitur.* Quid ergo reſpondes? Alteram forſan legem agnoſcis matrimonium conſtituentem, præter Eccleſiaſticam? ne verò verborum cortici inhæreas, loquor de matrimonio, quatenus eſt Sacramentum; nam vti datum in officium naturæ vt bene diſtinguit *D. Thom. loc* à te *cit.* ſtatuitur iure naturæ. In quantum eſt in officium communitatis, ſtatuitur iure Ciuili. In quantum vero eſt Sacramentum ſtatuitur iure Diuino, & ideo in qua-

Digitized by Google

qualibet dictarum legum Naturæ, Humanæ, & Diuinæ poteſt perſona ad matrimonium effici illegitima. Iam intelligo, vim facis in illis *D. Thom* verbis. *Et ideo ex qualibet dictarum legum naturę, & diuinę poteſt perſona effici ad matrimonium illegitima.* Vnde argumentum conſtituis. Iuxta ſenſum *D. Thom.* Iure Ciuili quis poteſt effici ad matrimonium contrahendum inhabilis Ergo Princeps Sæcularis leges matrimonium dirimentes inſtituere poteſt. Sed tantum abeſt quod *D. Thom.* aliquam Iuri Ciuili in matrimonium quatenus Sacramentum eſt, poteſtatem tribuat, vt in 4. *diſt.* 43. *qu.* 2. *art* 2. *ad* 4. contrarium rotundis literis doceat, ibi: *Prohibitio legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonij, niſi interueniret authoritas Eccleſiæ, quæ idem etiam interdiceret*. Neque, vt dictum eſt ſupra in *cap.* 1. ex hoc, quod *D. Thom. in* 4. *diſt.* 34. *qu.* 1. *art.* 1. *ad* 4. & alibi aſſerat, *Matrimonium in quantum eſt in officium naturæ ſtatur legi naturæ, in quantum eſt Sacramentum, ſtatur iuri Diuino, in quantum eſt in officium communitatis ſtatur legi Ciuili, & ideo ex qualibet dictarum legum poſſe aliquam perſonam effici ad matrimonium illegitimam* Non inde, vt tu facis *Launoi*, inferre licet. Ergo quælibet ex prædictis legibus, & conſequenter, Lex Ciuilis omnes perſonas indiſtinctè, ad matrimonium contrahendum illegitimas efficere poteſt. Sed duntaxat inferri poteſt, ergo quælibet lex, aliquam tantum perſonam ad matrimonium contrahendum inhabilem facere poteſt, vt ad literam colligitùr ex *textu D. Thom.* in verbis à te relatis. Vnde ſequitur Ciuiles leges non omnes perſonas ad matrimonium contrahendum illegitimas efficere poſſe, ſed ſolum aliquas, ideſt illas inter quas matrimonij contractus non egreditur rationem officij communitatis, vt pote ſunt infideles, quorum matrimonia non excedunt naturam ſimplicis contractus naturalis & Ciuilis, in officium communitatis, & ad bonum politicum conſtituti.

Tui etiam argumenti fallacia eſt euidens ò *Launoi* attenta dif-
7 ferentia quæ eſt inter legem, qua perſona lato modo ad matrimonium contrahendum illegitima efficitur, & inter legem matrimonium contractum dirimentem. Quamobrem non ex illis *D. Thom.* verbis; *Et ideo ex qualibet dictarum legum Naturæ, Humanæ, & Diuinæ poteſt perſona ad matrimonium effici illegitima.* bene infertur. Ergo Princeps ſæcularis leges matrimonium dirimentes ſtatuere poteſt. Ipſa etenim Lex Canonica, quaſdam perſonas ad matrimonium contrahendum illegitimas facit. Oppoſita tamen illegitimitas ipſorum matrimonium poſtquam

con-

Digitized by Google

contractum eſt non dirimit. Quod vtique indubitatum redditur inſpecta differentia, quæ eſt inter impedimenta matrimonium ſimpliciter impedientia, & impedimenta ſimul impedientai, & dirimentia. Neue ſophiſticis Syllogiſandi adinuentis, longius inhæreamus. *Si* tu *Launoi*, *D. Thom.* doctrinam ſequi profiteris; attende quæ ipſe citra quamlibet cauillationem docet, *in* 4. *diſt.* 42. *argt.* 2. *ad.* 4. vbi aſſerit, prohibitionem legis humanæ non ſufficere ad impedimenta matrimonij, niſi in quantum ab Eccleſia expreſsè approbata reperitur, vtclarè patet ex latè deductis *in cap.* 1.

Num. 4. *eiuſdem cap.* 1. ex his quæ tradit *Petrus Aureolus in*
8 *diſt.* 26. *art. vnic. ad* 3. Argumentum pro propoſito Themate recenſes. Vnde autem hoc exhaurias ignoro. Hæc ſunt *Aureoli* verba à te ipſo tranſcripta. *Plus poteſt Papa in materia huius Samenti quam in aliorum, quia in eoSacramento eſt iuriſdictio admixta, Papa vero habet iuriſdictionem plenariam*. Vt autem litera ipſa oſtendit nil aliud important *Aureoli* verba quàm plenariam iuriſdictionem Papæ in fidelium matrimonium innixam poteſtati vtriuſque gladij, quæ diuina inſtitutione reſidet penes Papam. Quam poteſtatem tu *Launoi*, proſtituta fronte ad Pontificiam
9 Ditionem perſtringis, indiſtinctèque aſſeris Romanum Pontificem non habere iuriſdictionem temporalem, præter quam in Terris Ditioni ſuæ ſubiectis. Hocue impium Commentum *Bellarmino* tribuere, & vti Sacræ Scripturæ conſonum nec non à Sac. Canonibus deciſum affirmare non erubeſcis. Sed dum *Aureolo* tribuis quod non dicit, mirum quoque non erit, ſi in ipſo neges, quod ad literam dicit.

10 *Num.* 5. præfati *cap.* 1. *Petri de Palude in* 4. *diſt.* 26. *art.* 1. *concl.* 1. doctrinam refers, & quæ tuum Thema radicaliter diſſipant, ac deſtruunt, vti in ipſum influentia proponis. Ait *Palud.* in verbis ex ipſo, à te tranſcriptis *Præceptum, vel prohibitio iuris Ciuilis ſcripti, vel conſuetudinis nihil facit licitum, vel illicitum, debitum, vel neceſſarium in contractu matrimonij, ſi eſt contra legem Euangelij, vel Canones SS. Patrum*. Hæc *Palud.* Aſſertio Ius aliquod forſan tribuit ſæculari Principi in matrimonium, vel tuo Themati ex diametro opponitur? Ex hoc antecedenti, quod eſt *Palud. Præceptum, vel prohibitio iuris Ciuilis nihil facit licitum, vel illicitum in contractu* matrimonij *ſi eſt contra legem Eccleſiæ*. Ridiculum profectò apud omnes erit hoc conſequens elicere. *Ergo Chriſtianus Princeps ſæcularis leges matrimonium dirimentes ſtatuere poteſt*. Nam cum doceat *Palud.* nihil

in

Digitized by Google

in contractu matrimonij operari Ius Ciuile, niſi quatenus SS. Canonibus eſt conforme, iam ſequitur quæ à laicalibus legibus in ſubſtantialibus matrimonij præcipiuntur, non eſſe attendenda vti præceptum iuris Ciuilis, ſed vti legis Eccleſiaſticæ inſtitutum, vt diſtinctè patet ex ſupra deductis *in cap. 1.*

Alterum ex eodem Auctore argumentum deſumis: Et quoniam tradit *Petr. de Palud. in 4. diſt. 36. qu. 1. art. 3. concl. 5. Si alicubi, ſit conſuetudo, quod contrahens cum ſeruo fiat ſerua valet*. Hinc ius Regium in matrimonia effingis. Sed quid quæſo dictum *Palud.* commune habet, & in quo conuenit cum iure, quod ſæculari poteſtati tribuis circa poteſtatem condendi leges
11 matrimonium dirimentes; Nouum forſan tibi quod Mulier ſequitur conditionem Viri adeo vt mulier ignobilis nubens Viro nobili fiat nobilis, & quod nobilitas, ſeruitus, libertas ſunt qualitates accidentales, quæ libertati matrimonij non officiunt.

Quoniam verò ſatis euidenter patet, nihil in argumentis
12 præfatis adeſſe quod tuam ſententiam probet, Lætaris forſan alterum te apud eumdem Auctorem validiſſimum argumentum inueniſſe? At quanti ſit ponderis expendamus, ait *Petr. Palud. diſt. 37. qu. 1. art. 3. concl. 3. Eccleſia poteſt facere perſonas inhabiles ad contrahendum matrimonium carnale, ſicut, & ſpirituale.* Hæc ſunt *Palud.* verba per te ipſum relata. Qui ex hac propoſitione indubitabili, & veritati catholicæ innixa, fallacem hanc illationem facis. Ergo à pari Chriſtianus Princeps ſæcularis leges matrimonium dirimentes ſtatuer poteſt, quaſi in conſtituendis legibus, matrimonium reſpicientibus nulla ſit differentia inter poteſtatem Eccleſiaſticam, & Ciuilem. Nonne tu ipſe refers, quod idem *Petr. Palud.* tradit *in 4. diſt. 26. art. 3. concl. 3.* ibi: *Humanam legem non habere effectum in matrimonio, niſi fuerit iure Canonico probata*. Quomodo ergo hanc *Palud.* doctrinam cum tuo Themate concilias? Non ne fatuum eſſet dicere, ſæcularis Princeps habet ius condendi legem matrimonium dirimentem, ſed iſta lex non habet effectum in matrimonio, niſi quatenus à iure Canonico probata reperitur? Si ergo iuris Canonici probatione indiget, Agnoſcenon operari vti L egem Ciuilem, ſed vti Eccleſiaſticam.

Tuo itemThemati repugnat *Guillielm. Okam* doctrina *intract.*
13 *de poteſtate Imperatoris in cauſis matrimonialibus*, cuius verba refers *nu. 6. d. cap. 1.* Nam ipſiuſmet Imperatoris iuriſdictionem limitat in cauſis matrimonialibus, & poſt leges Eccleſiaſticas,

Ciui-

Digitized by Google

Ciuiles leges de matrimonio, & de contrahentibus ipſum ſtere concludit ibi: *Vnde & de matrimonio, & de contrahentibus ipſum antequam leges Eccleſiaſticæ aliquæ apparerent, Imperatores tam fideles, quam infideles leges ediderunt non paucas*. Non negamus varias dari leges ab Imperatoribus promulgatas in cauſis matrimonialibus, ſed iſtæ vel reſpiciunt tempus antequam matrimonium in Sacramentum nouæ legis eleuaretur, vel antequam apparerent leges Eccleſiaſticę declarantes non amplius matrimonium conſiſtere in puris terminis contractus naturalis, & ciuilis, ſed eſſe Sacramentum, & vti tale Eccleſiæ iuriſdictioni natura ſua reſeruatum remanere.

14 Secundo quę tradit *Thoma de Argentina in 4. diſt. 42. art. 4.* cuius verba refers *num. 7. d. cap. 1. Ad primum dicendum, quod quamuis matrimonium ſit de iure Naturali, tamen ſine omni præiudicio iuris Naturalis leges poſitiuæ poſſunt determinare perſonas matrimonialiter copulandas pro gentis, & temporibus congruitate. Ad ſecundum dicendum quod quamuis Sacramentum Eccleſię ſecundum ſe non debeat ſæcularibus legibus ſubiacere, conſideratis huiuſmodi legibus ſecundum quod ſeculares ſunt, tamen quantum ad determinationem poſſunt ſubiacere ſæcularibus legibus, ſed vt per Eccleſiæ approbationem canonizatæ ſunt*. Hæc enim occulariter tuum aſſumptum deſtruunt, nam primo loco dum docet *Thomas* leges poſitiuas poſſe determinare perſonas matrimonialiter copulandas diſtinguit gentes, & tempora, quæ ſi & tu *Launoi* diſtinxiſſes; quod ab Ethnicis Principibus factum reperis, Catholicis quoque licitum non aſſereres, & Gentilium, atque Infidelium matrimonia, cum matrimonijs fidelium pari iure ambulare non adiudicares. Secundo autem loco expreſſe docet ſæculares leges nil poſſe determinare in matrimonijs, niſi quatenus per Eccleſię approbationum canonizatæ & ita non vti ſeculares, ſed vti famulantes legibus Eccleſiaſticis.

15 Tertio tuo Themati repugnant quæ notat *Bertrand. de Trilla in 4. qu. 1. de matrimonio* cuius verba *num. 7.* eiuſdem *cap.* refers ex eius Commentario M. S. quod aſſeruatur in Bibliotheca Cænobij S. Victorij Pariſienſis ibi: *In matrimonio ſunt duo; primum eſt contractus, ſecundum eſt ratio Sacramenti ſuperaddita. Secundum neceſſario ſupponit primum. Primum ſubeſt ſtatuto humano, ſecundum ſubeſt ſtatuto diuino*. Non enim, vt falſo opinaris verba illa, *ſtatuto humano*, ſunt intelligenda de iure Ciuili, ſed referenda ſunt ad Ius Eccleſiaſticum poſitiuum, cui ſubeſt ratio contractus, vnde certam formam, & ſolemnitates præſcrip-

tas

tas habemus in matrimonij contractu celebrando. Nam matrimonium, quatenus eſt Sacramentum, ſubeſt ſtatuto diuino, quo certam materiam,& pręſcriptam habemus formam in quolibet Sacramento, vtraſque in ſubſtantialibus inuariabiles.

16 Neque tuum intentum probat *Ioannes Capreolus in 4. diſt. 26.* cuius verba refers *num.* 8. *d. cap.* 1. ibi *Perſonæ illegitimæ ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo quod ſint contra legem, qua matrimonium conſtituitur*. Quamobrem cum inter Catholicos, non niſi Eccleſiaſtica lege matrimonia conſtituantur. Sequi-
17 tur, quod illæ duntaxat perſonæ ad matrimonium contrahendum illegitimæ conſiderari debeant quibus lex Eccleſiaſtica reſiſtit; Hoc eſt quod vult *Capreolus* qui loco à te citato in *D. Thom.* ſententiam deſcendit. Hoc ipſum intendit *Guillielmus Vorrillonius in* 4. *diſt.* 39. cuius verba refers *num.* 39. Non enim ex eo quod *Vorillonius* agat de impedimento illegitimante, non reſpectu omnium, ſed reſpectu alicuius perſonę iure politico. Eſt bonum conſequens: ergo *Vorillonij* Iudicium eſt quod Principes ſæculares poſſint inſtituere leges dirimentes matrimonium in facie Eccleſiæ contractum. In quo conſequenti tuæ aſſertionis abſurdum conſiſtit.

Dictum *Franciſci de Victoria relect.* 7. *de matrim. à te relatum*
18 *num.* 20. fatuam tui expoſitionem pandit, cum in ipſo non diſtinguatur matrimonium quatenus Sacramentum eſt, à tempore, quo non erat Sacramentum, & nulla fiat diſtinctio matrimonij de præſenti à matrimonio de futuro, ideſt à ſponſalibus, nullaque differentia conſtituatur inter conditiones, & pacta appoſita ab ipſis contrahentibus, quæ de ſui natura ſuſpendunt perfectionem contractus, à legibus Principis nullam iuriſdictionem habentis in re poſtquam ab eſſe profano, eleuata reperitur ad eſſe ſacrum Eſto enim quod ſæcularis Princeps poſſit ob bonum publicum leges ferre ſeruandas in matrimonijs contrahendis; hæ primò non debent reſiſtere libertati Eccleſiaſticæ, alias non attenduntur. Secundo ſi contra ipſas leges matrimonium in facie Eccleſiæ celebratum ſit, non ipſarum auctoritate dirimitur, prout teſtantur DD. communiter ſupra allegati, quia vbi matrimonium ſecundum Canones perfectum reperitur, confeſtim à legibus ſæcularibus eximitur contractus, vti eleuatus ad eſſe Sacramenti.

Claudius Eſpencæius, cuius doctrinam refers *num.* 11. nullam facit auctoritatem, eius enim liber improbatus fuit ab Eccleſia,& recenſitus in indice librorum Sacrę Congregationis In-

dicis decreto prohibitorum . Quam verò falſa ſit eius doctri-
na, quod contracta à liberis ſine parentum conſenſu coniu-
gia nulla ſint, in quem etiam errorem impegit Guillaudus
in Matthæum capit. 7. cuius verba refers *num*. 12. patet ex de-
ductis *in cap*: 1. vnde argumenta ab ipſorum dictis deſumpta
nullius ſunt roboris apud Catholicos , penes quos libri impro-
batæ lectionis nullam auctoritatem conſtituunt .

Philippus *Gamacheus in* 3. *p. D. Thom. cap*. 15. *de matrimo-
nio*, cuius verba mutilate refers *nu*. 13. tuum intentum validiſ-
ſimis rationibus deſtruit, vt colligitur ex ſupra notatis *in cap*.1.
vbi nunquam ſomniaſſe patet, quod ei impingis, ſolum enim
aſſerit.

*Principes laicos ſimpliciter, & abſolutè loquendo Chriſtianis ſibi
ſubiectis, poſſe quædam impedimenta matrimonij facere, prout opus
fuerit ad bonum communitatis, & ad Regni tranquillitatem quia
contractus matrimonij eſt etiam politicus, hæc ſunt Gamachei verba
à te ipſo relata*. Non autem abſolutè affirmat, vt male ſup-
ponis, laicos Principes poſſe leges dirimentes matrimonium
inſtituere; Aliud enim eſt impedimentum facere, aliud legem
matrimonium dirimentem inſtituere; Primum pendet etiam à
poteſtate laicali dummodó talia impedimenta reſpiciant bo-
num publicum, & Sac. Canonibus non repugnent. Secundum
eſt priuatiuè quoad omnes reſeruatum poteſtati Eccleſiaſticæ
quæ ſola impedimenta dirimentia conſtituit , vt rotundis lit-
teris fatetur ipſe *Gamacheus* cuius verbis , & auctoritate oppoſi-
tam tuo Themati aſſertionem firmaui ſupra *in cap*. 1.

*Andreæ Duuallij in 3. part. diſput. poſtrema de Sacram. matr. de
impedimentis eiuſdem cap*. 4. *& vlt. qu*. 1. *nu*. 14. pro tuo The-
19 mate verba recenſes, ſed quo fundamento innixus non inue-
nio cum Reſpondeat duntaxat *Duuallius* contra concluſionem
Ruardi Zapperij. Quod Principes ex ſe certa quædam impedi-
menta ſtatuere poſſent, ſi non eſſet illis ab Eccleſia prohibitum.
20 Vnde non in ſpiciendum quid olim potuerint Principes in con-
tractu Naturali, & Ciuili matrimonij, ſed quid hodie poſſint
reſpectu ipſius, quatenus Sacramentum, quod ſi feciſſes diſtin-
guendo matrimonium, à matrimonio nullam profectò poteſta-
tem Laicos Principes habere inueniſſes in matrimonio fidelium
vt potè quod eleuatum fuit ad eſſe Sacramenti. Quapropter
non procedit argumentum ab eo quod olim fieri poterat, ad
illud quod hodie fieri debet.

Iacobi Hennequinni tandem doctrinam expendis, quam tu
ipſe

Digitized by Google

21 ipſe fateris in Facultate Theologiæ publicè defendiſſe, ſed hoc nihil probat, quinnimo infectam radicem tuæ aſſertionis oſtendit. Præter vnum quidem *Hennequinnum*, cuius verba inſeris *num.* 18. neminem Catholicorum ad tantam inſaniam perueniſſe huc vſque inueni, quod Sacramenta ſæculari poteſtati ſubdiderit, *adeo vt Principes politici Matrimonium baptizatorum Sacramentum, quatenus contractum ciuilem poſſint impedire ne contrahatur licitè, ſeu ſub pæna tam corporali, exempli cauſa mortis, quam ſpirituali exempli cauſa peccati, proindeque priuationis gratiæ matrimonij Sacramento propriæ.* quæ ſunt verba ipſius *Hennequinni*, à te tranſcripta, & à me hic translata, vt ex hoc non dicam Catholici, ſed ipſi Ethnici, qui inter eorum ſacra, & non ſacra differentiam obſeruant, agnoſcant in quantam inſaniam ipſe perexit, nec minor quod tu *Launoi* in hæc prolapſus ſis, dum eius doctrinam ſequi fateris.

22 *Joannis Babtiſtæ Gonetti* Iudicium de propoſito â te Themate refers *in tract. de Sacram. matrim. diſp.* 7. *de imped. matrim. diriment. art. vnic. eiuſque verba* recenſes *cap.* 2. *prima part. tui tract. ibi*: *Dico* 1. *in Eccleſia eſſe poteſtatem conſtituendi impedimenta matrimonium dirimentia probatur auctoritate Trident. Concilij &c.* Hęc ſunt verba Gonetti à te ipſo tranſcripta ex quibus hanc incompoſitam propoſitionem deſumis. *Quicquid poteſt Eccleſia in conſtitutione impedimentorum matrimonium dirimentium, hoc & poteſt Princeps Laicus*; Abſurdum tamen quod inde ſequitur negare non potes ni matrimonium Sacramentum eſſe cum Luthero impie neges.

Nihil itidem probat *Gentianus Heruetus Oratione de Clande-*
23 *ſtinis coniugijs* cuius verba refers *in cap.* 3. *Heructi* enim dicta ad nil aliud tendunt quàm ad probandam neceſſitatem conſenſus Parentum in matrimonijs filiorum, in quo Ius Ciuile à Iure Canonico correctum eſſe ſatis abunde patet ex ſupra deductis *in cap.* 1. Vnde nec ipſe, neque tibi alteram in hac parte reſponſionem exhibeo, ſed me ad ſupra deducta remitto.

24 Verba Epiſtolæ *Hincmari Archiepiſcopi Remenſis*, quam de nuptijs Stepani, & filiæ Regimundi Comitis ſcripſit ad Rodulphum Bituricenſem, & Fratarium Burdigalenſem Archiepiſcopos ſub *dicto cap.* 3. recenſes, ſed illa attentius percurre, & confeſtim agnoſces *Hincmari* verba nil aliud intendere quam coniugij rationem exponere, cui ab initio conſtitutum aſſerit, vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum. Quod omnino tuo Themati repugnat.

Digitized by Google

Probat forſan tuum intentum *Nicolaus Baionenſis cap. 9. de*
25 *matrim. lect. 9. num. 51.* cuius verba refers *d. cap. 3. pag. 19.* falleris. Hęc ſunt *Nicolai* verba à te relata. *Poteſt ne Eccleſia ſua lege impedimenta matrimonij conſtituere? Reſpondeo poſſe, & ratio eſt quia matrimonium præterquam quod eſt Sacramentum, eſt etiam contractus ciuilis. At Eccleſia leges ſtatuere poteſt in ijs quæ ſpectant ad huiuſmodi contractum. Ergo etiam in ijs, quæ ſpectant ad matrimonium. Vnde Eccleſia Chriſtianis Principibus hanc poteſtatem circa matrimonia fidelium eripuit occaſione Sacramenti.* Ex his ergo, quæ docet *Nicolaus* agnoſce *Launoi* quod ſtante ratione Sacramenti, Eccleſia ſtatuere poteſt in ijs, quæ ad matrimonium ſpectant, etiam quatenus eſt contractus ciuilis, & quod eſſe Sacramenti eripuit Chriſtianis Principibus poteſtatem, quam habebant circa matrimonia fidelium. Dubitas *Launoi* an Eccleſia ius circa matrimonia fidelium à Chriſtianis Principibus eripere potuerit, temere loqueris? Omne etenim Ius pendet à Deo, & ab Eccleſia, pænes quam reſidet vtriuſque gladij poteſtas. Directa in his quæ reſpiciunt ſpiritualia; Indirecta quæ temporalia, qua propter optimè loquitur circa ius erga impedimenta matrimonij idem *Nicolaus*, cuius verba tu ipſe refers ibi: *Hoc ſolum pertinet ad Papam, & Concilium Generale, quia dum hoc fit, vtitur Eccleſia poteſtate indirecta, quam habet circa res temporales* Contractus enim matrimonij quatenus eſt actus Ciuilis, etiam ſubiacet poteſtati Eccleſiæ
26 ſed indirectè, id eſt non ratione actus Ciuilis, ſed ratione Sacramenti, quæ abſorbet omnia eſſentialia ad ipſum contractum, qui inter fideles non poteſt conſiderari diſtinctus à Sacramento, & regula Iuris eſt quod dignus trahit ad ſe minus dignum.

27 Ex *Hadriani VI.* verbis quæ refers *num. 1. cap. 4.* nihil deducitur circa Ius quod conſideras in Principibus Sæcularibus, quoad leges matrimonium dirimentes, inquit enim *Hadrianus*: *Non poteſt homo qui eſt membrum communitatis, contra iuſtam ordinationem Rectorum vniuerſitatis, ſe dare in Vaſſallum, vel Seruum, nec per conſequens in maritum.* Nam cum vniuerſitas diſtinguatur in Eccleſiaſticam, & Laicalem, dum ait *Hadrianus*, quod homo non poſſit ſe dare in maritum contra iuſtam ordinationem Rectorum vniuerſitatis, non loquitur de Rectoribus Laicalibus, ſed de Rectoribus vniuerſitatis Eccleſiaſticæ. Eſto
28 tamen, vt potè tu interpetraris, quod *Hadriani verba* referantur ad Rectores vniuerſitatis Laicalis, & conſequenter applicentur ad

Digitized by Google

Ius Principis ſæcularis. Nihilominis tuum Thema non probant, quod patet attentis illis verbis *contra iuſtam ordinationem*, quæ apertè demonſtrant ordinationes Principum ſęcularium nullam vim habere circa impedimenta matrimonij, niſi quatenus ſunt vniformes ſtatutis Canonicis, cum alias iuſtæ dici non poſſint.

29 Hæc clarius explicat *Albertus Pighius controuerſia* 15. *in fin.* cuius verba pro tua ſententia ineptè refers *num.* 2. *dicti cap.* 4. nam poſtquam *Albertus* generalem propoſitionem conſtituendo dixit: Matrimonij contractum non ſolum Eccleſiaſticis ſed etiam ciuilibus, & politicis interdictis ſubiacere, diſtinguendo ſubdit, Ciuilibus legibus inter Ethnicos matrimonia fieri poſſe illicita & inualida, vt patet ex ſuis verbis à te ipſo deſumptis ibi: *Atque adeo ſubiacet: vt etiam Ciuilibus legibus, & publica conſuetudine inter Ethnicos quoque irritari interdicique poſſint quedam matrimonia, & fieri non ſolum poſſe illicita, ſed etiam inualida.* Si tu *Launoi* cum *Alberto* de matrimonio inter Ethnicos loquutus fuiſſes, non me contradictorem inueniſſes, nec à veritate deuiaſſes.

30 Quid laboras interpretando *Ruardum Zapperum artic.* 2. cuius verba refers *num* 3. *dicti cap.* 4. Nonne *Zapperus* ad literam tuam aſſertionem deſtruit. Hæc ſunt Zapperi verba à te ipſo deſumpta. *Quod ſi addas contractus iſtos matrimoniales in Chriſtiano populo, non naturales tantum eſſe, ſed de genere ſupernaturalium, tum propter rationem Sacramenti accedentem contractibus, tum propter finem, propter quem ineatur videlicet vt fiat multiplicatio populi Dei, perſpicue videbis ad magiſtratum Eccleſiaſticum ſpectare leges, & Canones condere, quibus ita ordinentur matrimonia in populo, vt ſuo fini congruant. Ad magiſtratum verò ſæcularem videatur duntaxat ſpectare ea que concernunt finem naturalem cui ſeruiunt matrimonia.* Si ergo, vt tu ipſe fateris, Rem *Auctor* perſpicuè decidit. Magiſtratibus vero ſæcularibus ea duntaxat concedit, quæ concernunt finem naturalem, cui matrimonium ſeruit, quare tu ea eiſdem tribuis, quæ reſpiciunt finem ſupernaturalem; dum dicis poſſe Principes leges ſtatuere dirimentes matrimonium vti Sacramentum. Dicas quæſo quæ ſeruiunt naturaliter matrimonio, niſi educare prolem, Theſaurizare pro liberis, dotes conſtituere, donare propter nuptias, ſuccedere, & his ſimilia quæ omnia Principibus Sæcularibus competere non contendimus.

Iacobum Latomum tract. de ſubſtantia matrimonij, cuius verba
31 refers *num.* 41. *dicti cap.* 4. *pag.* 22. in tuam ſententiam incli-

na re

nare putas , eo quod dicat matrimonia inter parentes , & liberos impediri Lege Diuina , inter conſobrinos , & alios lege humana : falleris *Launoi* ; Tuique oris cauſam agnoſce , quod verba illa *lege humana* interpretaris , pro lege Ciuili ; quod eſt falſum , cum Ius Eccleſiaſticum diuidatur in Diuinum , & poſitiuum , ideſt humanum . Vnde leges omnes ab homine latæ vocantur leges humanæ . Et in hoc ſenſu ſumuntur leges Eccleſiaſticæ poſitiuæ, quales ſunt SS. Canones, Summorum Pontificum Decretales ; Sacrorum Conciliorum decreta , vt pote quæ latæ fuerunt non immediate à Deo ſed à Papa .

Franciſci Sonnij Epiſcopi Antuerpienſis verba tract. 7. de Sa-
32 *cram. cap. 9. quæ refers nu. 5. dicti cap.* 4. nedum pro tuo Themate non militant ſed ex directo ipſi opponuntur . Ait enim *Sonnius* ; hæc ſunt eius verba à te deſumpta . *Quæcumque ergo excludunt , & irritum faciunt valorem contractus eadem porro excludunt & irritum faciunt matrimonium .*

Sed ſic eſt quod leges duntaxat Eccleſiaſticæ irritum facere poſſunt matrimonij contractum habentem annexam rationem Sacramenti . Ergo concludendum pendere à poteſtate Eccleſiæ excludere , & irritum facere matrimonium ,

Si verò dicas etiam Leges Ciuiles valorem contractus matrimonij hodie irritum facere poſſe , vt tua procedat aſſertio, diſtingue inter matrimonium , quod non excedit rationem ſimplicis contractus, & matrimonium cui inſeparabiliter ineſt Ratio Sacramenti .

Tui Thematis inueriſimilitudiues concutiunt Aſſertiones
33 *Guillelmi Merceri in 3. p. D. Thom. q. 1. de impedimentis matrimonij* cuius verba refers *nu. 6. d. cap.* 4. loquitur enim *Mercerus* de Principe infideli, erga ſuos ſubditos , vel de Fideli erga ſubditos infideles , quorum matrimonia cum non excedant qualitatem contractus , bene ipſa ſubdit Poteſtati , & Iuriſdictioni Principis Sæcularis , vbi autem loquitur *Mercerus* , de Principe fideli erga ſubditos fideles in terminis impedimentorum dirimentium matrimonium ait . At *Princeps Fidelis* hæc ſunt verba *Mercerij* à te ipſo deſumpta : *Non poteſt ea conſtituere circa matrimonia ſuorum ſubditorum fidelium , eo quod poteſtas Eccleſiaſtica cauſas fidelium matrimoniales ſuæ cognitioni reſeruauit* : Sic ergo cum tu *Launoi* loquaris de Principe fideli , quoad matrimonia fidelium , vide vtrum, *Mercerij* Aſſertio tuam intentionem probet , vel deſtruat .

Duacenſes Theologos in tuam mentem pertrahis , & *cap.* 5.

part. 1.

34 *part.* 1. *Tui Tract. Matthei, Galleni Cathechesi* 210. *Guillelmi, Eſtij in* 4. *diſt.* 34. §. 1. *Matthei Kelliſonij qu.* 1. *de impedim. matrim. art. vnic. dub. vnic Elligij Baſſei in floribus Theol. Moral. verb. matrimonium* 7. *num.* 1. *verba refers*. Nullus tamen ipſorum abſolutè aſſerit poſſe Reges, & Sæculares Principes ſancire impedimenta matrimonium dirimentia, & in ijs diſpenſare, ſed conſiderata poteſtate Principis Laici reſpectu naturalium, & ciuilium contractuum duntaxat docent, quod poſſent ni attenta ratione Sacramenti hæc poteſtas Eccleſiæ reſeruata remaneret. Hæc eſt *Duacenſium Theologorum* mens in verbis à te ipſo relatis ex *Guillelmo Eſtio* ibi: *Quod adeo negandum non eſt Eccleſiam poſſe cum potuerint etiam Principes infideles circa ſuorum ſubditorum matrimonia, atque etiam poſſent fideles Principes Sæculares, quatenus ab Eccleſia permitterentur*, vt fatetur *Dominicus Soto*, & ratio ſuadet. Ex Baſſeo ibi: *ſecundum probabiliorem, & veriorem Sententiam Princeps Sæcularis ex genere, & natura ſuæ poteſtatis poſſet impedimenta dirimentia fidelibus ſibi ſubditis ex iuſta cauſa ſuis legibus indicere, niſi Summus Pontifex hanc ſibi poteſtatem reſeruaſſet*. Si ergo de reſeruatione non eſt hæſitandum, nedum reſpectu Conſtitutionum Apoſtolicarum, ſed inſpecta natura Sacramenti, iam vides *Launoi* quantum ipſorum doctrina à tuo Themate diſtet, quo abſolute doces, incaſſum tamen, poſſe Chriſtianos Principes Sæculares leges matrimonium dirimentes ſtatuere, quod præfati DD. ob reſeruationem Eccleſiæ ad literam negant, dum tu poſtituta fronte, eorum ſomniato voto, fieri poſſe affirmas.

35 *Salmanticenſes*, & *Complutenſes Theologos* pro tua ſententia refers *Petrum* ſcilicet *Sotum lect.* 4. *de matrim. Dominic. Sotum in* 4. *diſt.* 39. *qu. vnic. art.* 1. *ad* 3. *Michaelem de Palatio in* 4. *diſt.* 19. & *diſt.* 28. *diſp.* 3. *nec non diſt.* 34. *in fin. diſp.* 1. *Ioſephum Angles in floribus qu. de imped. conſanguinit. art.* 3. *Petrum Ledeſmam addit ad* 3. *part. qu.* 1. *art.* 1. & *in Theol. moral. cap.* 11. *de impedimentis matrim. Petrum Corneio tom.* 2. *in* 3. *part. tract.* 11. *diſp.* 7. *dub.* 3. *de impedim. matrim. concl.* 1. *de Petrum de Orchagauia tract.* 3. *de matrim. qu.* 37. *concl.* 1. *Antonium Fernandes* 3. *part. exam. Theolog. Moral. cap.* 16. *Henricum Villalobas in Sum. Theol. vernacule ſcripta de Sacr. Matrim. tract.* 4. *difficult.* 1. *concl.* 3. *Ludouicum Capſenſem tract.* 26. *de matrim. diſp.* 9. *ſect.* 1. *Melchiorem Canum lib.* 8. *de locis c.* 5. Sed nullo idoneo, & neceſſariò argumento alienas ſententias recenſes, quæ adeo à tua diſtant, vt tuos clamores ridere cogant, cum nullus ipſorum in

ver-

Digitized by Google

verbis à te ipſo relatis concludat poſſe hodiè Principes Sæculares contra determinationem Eccleſiæ ſtatuere leges matrimonium dirimentes, adeout fidelium matrimonium, quod Iure Eccleſiaſtico inſpecto eſt validum, attenta diſpoſitione Iuris Ciuilis reddatur nullum. Hinc eſt quod Aſſertiones omnes Orthodoxorum docentium poteſtatem conſtituendi impedimenta dirimentia matrimonium conuenire etiam poteſtati Ciuili, ſi bene illarum ſenſum attendas, referuntur ad matrimonium infidelium quod non excedit terminos puri contractus. Et ſolum in matrimonijs fidelium procedere poſſe concedunt, ſi Leges Ciuiles non obſtent libertati, & Conſtitutionibus Eccleſiæ, quo caſu, & nos in eam ſententiam deſcendimus impedimenta de Iure Canonico dirimentia, à Iure Ciuili poſita dirimere matrimonium contractum, non tamen vti promanantia à poteſtate ſæculari, ſed quatenus promulgata ab Eccleſiaſtica, nam vt ait Petrus Soto in verbis à te ex ipſo relatis. *Fatemur leges Ciuiles non poſſe licitum matrimonium facere, quod Eccleſia illicitum reddit, vnde vtrum matrimonium ſit validum, necne, licitum, vel illicitum pendet à declaratione Eccleſiæ*. Et hæc eſt ſententia vno Canoniſtarum, & Theologorum ore confirmata, vt diſertè patet ex ſupra deductis *cap. 1.*

36 Neque aliter ſentiunt, vel ratiocinantur Italiæ *Theologi* quorum iudicia de propoſito à te Themate recenſes *in cap. 7. prim. part. Tract.* vno enim ore concludunt, quod matrimonium quatenus Sacramentum eſt, oportet, vt regimini ſubiaceat Eccleſiaſtico, quatenus verò non egreditur puros terminos contractus Naturalis, & Ciuilis ſubiaceat ordinationi Legis Ciuilis. Quapropter cum inter fideles non poſſit conſiderari legitimum matrimonium, niſi & vnico contextu conſideretur, vti Eccleſiæ Sacramentum, ſequitur ſola matrimonia infidelium, quæ non egrediuntur fines puri contractus ſubiacere ordinationibus Legis Ciuilis; Fidelium verò non niſi in ijs, quæ non ſunt eſſentialia ipſi matrimonio, ſed ſunt actus merè Ciuiles, & politici, vt potè conſtitutio dotis, donatio propter nuptias, ſponſalitia largitas, ſucceſſio hæreditatis, & his ſimilia, quæ omnia Eccleſia Ciuilium legum Iuriſdictioni diſponenda relinquit; Hæc ſunt vota *Franciſci Ferrarienſis lib. 4. contra Gentes cap. 78.* vbi de matrimonio ſic diſputat ad mentem *D. Thomæ* ex cuius diſputatione, ſi reſultaret, quod tu *Launoi* ſupponis contra mentem *D. Thomæ* diſputaret. *Hieronymi Sauanarolæ in lib. 3. de verit. fidei cap. 15. Chryſoſtomi Sanelli. 5. part. Philo-*

ſophiæ.

Digitized by Google

ſophiæ Chriſtianæ tractat. 8. *capit.* 5. qui queritanti *Luthero* pænes quem eſſet ſtatuendi impedimenta dirimentia facultas, ſic reſpondit, *Populus Chriſtianus in primitiua Eccleſia vnanimi conſenſu voluit, hanc poteſtatem eſſe in Maioribus Prælatis Eccleſiæ.*

Ioannis Tabienæ in ſum. verb. Imperator §. 11. *& verbo matrimonium* §. 6. *Euſtachij de Zichenis de Sacramento coniugij Ambroſij Catharini quæſt. de Clandeſtinis matrimonijs editam Romæ anno* 1572. cum priuilegio *Iulij III. Iacobi Naclanti tract.* 16. *de irritandis clandeſtinis coniugijs. Cardinalis Moniliani compend. Theolog. Inſt. cap.* 63. *Alex. Peſantij in Addit. ad D. Thom.* 3. *part. qu.* 1. *Martini Bonacinæ qu.* 3, *de impedim. matrim. dubit.* 5. *& Cæleſtini*, pro tuo Themate verba recenſes, in *d. cap.* 7. Sed contra ipſum pugnant, vt ex ipſa illorum litera apertè deſumitur, Nam ſi quam tribuunt Sæcularibus Principibus poteſtatem in matrimonia, hanc ipſam habere docent, quatenus matrimonium eſt contractus, non quatenus eſt Sacramentum, quo caſu Eccleſiæ reſeruatam fatentur. Vnde cum fidelium matrimonium ſit Sacramentum, & ratio legitimi contractus diſtingui non poſſit a Sacramento, ſequitur, quod ſæcularis poteſtas, quæ olim antequam matrimonij contractus eleuaretur ad eſſe Sacramenti leges matrimonia impedientes, & dirimentes inſtituere poterat, hodiè ceſſet, & ad infidelium matrimonia, quæ ſunt meri contractus naturales, & Ciuiles duntaxat reſtricta remaneat, pro vt deducitur ex præfatis Theologis, locis, & verbis per te ipſum relatis, in quo tamen Lectores admonere non deſinam, vt quæ ex ipſis recenſes in ſuo fonte tranſcurrant, , cum vt plurimum quæ ab ipſis dubitandi cauſa dicta ſunt, pro propoſito à te Thema referas & eorum affirmatiuas concluſiones in quibus Auctoris iudicium conſiſtit data opera negligas. Quæ potius ad decipiendum profunt, quam ad docendum.

37 Quæ tandem in aliorum Theologorum mente iudicia à te perquiſita non inueniſti *Launoi*, hæc forſam expetis à Theologis Societatis Ieſu, Viris inter ſapientiſſimos, ſapientiſſimis, contra Nouatorum mendacia oppugnatoribus doctiſſimis, atque pijſſimis? Diſtingue cum ipſis ſimplicem contractum matrimonij, & Sacramentum matrimonij; Primum conſidera inter infideles. Sacramentum ne neges inter fideles, integras illorum doctrinas percurras, & ne in obiectionibus immoreris, neque ipſas vti veritatis fundamenta proponas, & videas vtrum ſit aliquis ex ipſis, qui propoſito à te Themati faueat. Nullum

S pro-

profecto aſſerentem inuenies, poſſe Sæculares Principes leges inſtituere legitimum matrimonij contractum inter fideles dirimentes. Tuum Thema eſt ò *Launoi* de matrimonio inter fideles, quod non diſtinguitur à Sacramento; Nam ſi eſſet de matrimonio inter infideles, vel de his quæ reſpiciunt matrimonium vti actum merè ciuilem, qualis eſt dotis conſtitutio, hæreditas &c. Iam omnis ceſſaret contentio, cum in hac parte negari non poſſit poteſtas Principis Sæcularis in matrimonia. Hoc eſt quod ſincero calamo docent ex Ieſuitis *Edemundus Augerius lib. de Sacram. matrim cap,* 14. *Ioan. Azor. Inſt. Moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *Ioannes Maldonatus* 3. *part. diſput. de Imped. matr. quæſt.* 1. *Gregorius de Valentia qu.* 5. *de impedim. matrim. punct.* 1. *Card. Bellarm. cap.*32. *de matrim. Henriques lib.*12. *Theol. Moral. de imped. cap.* 1. *num.* 4. *Ferdinandus Rebellus de obligat Iuſtitiæ lib.* 3. *de impedimentis matrimonij qu.* 1. *concl.* 2. *Thom. Sanchez lib.* 7. *de matrim. diſp.* 3. *Martinus Ledeſmius* 2. *part. quæſt.* 67. *art.* 2. *& quæſt.* 65. *art.* 3. *Turrianus part.* 2. *de Sacram. dub.* 5. *concl.* 1. *Iacob. Gretſer diſp.* 2. *de Iudice cauſ. matrim. Theſ.* 1. *Egid. Conink diſp.*30. *de Impedim. matrim. dub.* 1. *concl.* 1. *Adamus Tanerus diſp.* 8. *de matrim. quæſt.* 4. *dub.* 1. *aſſert.* 1. *Martinus Becanus cap.* 49. *de Sacram. matrim. quæſt.* 2. *concl.* 2. *Vincentius Filliuccius* 2. *part. Tract. de Sacram. matrim. cap.* 1. *Ioannes Præpoſitus quæſt.* 1. *de imped. matrim. dub. Paulus Layman.* 4. *part. de imped. matrim. quæſt.* 1. *Stephanus Baunius Theol. Moral. tract.*12. *de matrim. qu.*5. *Franciſcus Amicus diſp.*9. *de imped. matrim. diriment. ſect.* 1. *num.* 3. Quorum aſſertionum quamuis quædam fragmenta ad tuum Thema accommodare ſtudueris nihilominus, & ex ipſis verbis à te tranſumptis apertè deducitur prout in ſuis diſertationibus diſputata materia vnanimiter concluditur. Principes Sæculares fideles iam nihil poſſe circa hæc impedimenta matrimonium dirimentia, quia Papa ſibi hanc materiam reſeruauit. Poſſe verò Principes infideles ſuis ſubditis præcipere, & fideles reſpectu ſubditorum infidelium, ne contrahant matrimonium, niſi certis conditionibus, & ſtatuere impedimenta dirimentia. Iure etenim optimo inter infideles matrimonium, vti ſimplicem contractum conſiderant, quod ideo ſubiacet ordinationi Ciuili. Hoc eſt quod intelligunt omnes tam *Theologi* quam *Canoniſtæ* tribuentes facultatem Sæculari Principi condendi leges matrimonium dirimentes, diſtinguentes contractum à Sacramento, quæ diſtinctio non admittitur in matrimonijs fidelium. Quod ſatis

cui-

Digitized by Google

euidenter demonſtrant, & docent verba Iacobi *Gretſerij* à te ipſo relata *in d. cap.* 8. *num.* 11. *pag.* 40. ibi: *matrimonium olim quidem fuiſſe, & nunc etiam extra Eccleſiam Ciuilem contractum: in Eccleſia autem, & apud eos quos ſalutaris baptiſmi vnda abluit contractum, & Sacramentum ſimul eſſe fatentur communiter Orthodoxi*. Vnicus *Michael Robardeus optat. Gall. ſect.* 5. *num.* 2. à te relat. *nu.* 20. *d. cap.* 8. *pag.* 46. in tuum Thema influit, ſed nullam apud Catholicas auctoritatem facit *Robardeus*, cuius liber à S. vniuerſali Inquiſitione de *Anno* 1643, fuit damnatus.

38 Tot præmiſſis Theologorum ſuffragijs per 8. *cap.* relatis, vt ſatis euidenter patet à tuo Themate omnino alienis, ad ratiocinia deſcendis, & in *cap.* 9. *prim. part. tui Tract. in* §. *Expoſita pag.* 49. dicis in matrimonio potiſſimum ſpectari duo. Vnum Ciuilis contractus naturam, quæ & inueteri, & in nouo Teſtamento fuit ſemper eadem. Alterum, Sacramenti rationem, quæ Ciuili contractui ſuperuenit ſine vlla Ciuilis contractus mutatione. Hanc aſſeris receptiſſimam, & neceſſariam diſtinctionem, optimè, quidem quoad naturam contractus, & rationem Sacramenti, ſed quatenus dicis, rationem Sacramenti ſuperueniſſe Ciuili contractui, abſque vlla eius mutatione; Hic eſt ſcopulus, ad quem tu ipſe alliſus, non mirum ſi naufragium patiaris. Nam ſi dicas quod ratio Sacramenti ſuperuenit Ciuili contractui, abſque vlla illius mutatione quoad eſſentialia ad ipſum contractum, quatenus perficitur per mutuum, & liberum conſenſum maris & fœminæ; Hoc eſt verum. Si verò dicas, quod ratio Sacramenti ſuperuenit Ciuili contractui matrimonij inter fideles celebrati, abſque vlla illius mutatione ita quod ipſum matrimonium conſideres eidem poteſtati ſubordinatum, & cum ijſdem qualitatibus, quibus ipſum conſiderabas antequam ei accederet ratio Sacramenti; hoc eſt falſum, communi Orthodoxorum doctrinæ repugnat, quia vt ait *Gretſerus* à te citatus *pag.* 40. *num.* 11. in verbis à te ipſo relatis ibi: *In Eccleſia autem, & apud eos, quos ſalutaris baptiſmi vnda abluit contractum, & Sacramentum ſimul eſſe fatentur communiter ortho-*

39 *doxi*. Non ne difert matrimonium fidelium à matrimonio infidelium? Si difert quare difert, niſi quatenus matrimonium fidelium eſt Sacramentum gratiam conferens non ponentibus obicem; Infidelium verò eſt ſimplex contractus, naturalis, & Ciuilis? Si ergo differunt interſe matrimonium quatenus eſt ſimplex contractus, quod ſolum verificatur in matrimonio infidelium, & quatenus eſt Sacramentum quod non diſtinguitur

Digitized by Google

à legitimo matrimonio fidelium; quo iure abſolutè aſſeris; &
40 vti tuæ Aſſertionis fundamenrum ſternis, quod ratio Sacramenti accedit contractui matrimonij abſque vlla illius mutatione. Quæ quidem eſt eſſentialis nedum attenta eleuatione contractus ad eſſe Sacramenti, ſed etiam quòad modum, dum ſub præſcripta forma in facie Eccleſiæ matrimonia celebrari debent, ad hoc vt cenſeantur legitima. Vide ergo *Launoi* quo ſtrato fundamento edifices, non mirum igitur ſi edificium corruat.

Septem rationibus ſub *dict. cap. 9.* Regiam in Chriſtianorum matrimonium poteſtatem explicare, & ſtabilire niteris, ſed in his nunc principium petis, nunc quod eſt in quæſtione pro ratione adducis, falſis momentis quam ſæpiſſime vteris, alijs quæ vitijs in diſputando te implicatum oſtendis.

41 Prima ratio hoc argumento nititur. *Matrimonium eſt humanus contractus. Ergo Ciuilium, legum diſpoſitioni, & ordinationi* ſubiacet; Sed antecedens, quod habes vti infallibile veritatis principium, diſtinctione indiget. Matrimonium infidelium eſt humanus contractus, concedo. Matrimonium fidelium eſt ſimpliciter humanus contractus, nego. Hinc & diſtinguo conſequens, ergo legum Ciuilium diſpoſitioni, & ordinationi ſubiacet; ſi ſermo ſit de matrimonio infidelium, concedo. Si de matrimonio fidelium nego; Quia eſt Sacramentum. Sed iam audio te dicentem nihil intereſſe, quod ſit Sacramentum. ibi: *Quod autem ſit Sacramentum nihil intereſt omnino, tum quia contractus Ciuilis, cui innititur Sacramentum ab Regum poteſtate non eximitur per Chriſtum Sacramentorum Auctorem, tum quia ratio Sacramenti matrimonio ſuperueniens humanum contractum non mutat ſed potius vti idoneam materiam ſupponit. Quare Sæcularis Princeps æque poteſt iuſta de cauſa hunc contractum irritum facere, ac ſi non eſſet ad Sacramenti dignitatem euectum.* Malè loqueris, Ortodoxis Inſtitutis oppoſitam doctrinam doces. Dicere quod Princeps Laicus etiam Imperatoria dignitate fulgens poſſit irritare Sacramentum, eſt propoſitio hæretica. In diſputando etiam vitium committis, principium petis, id quod eſt in quæſtione pro ratione adducis. Vt intentum haberes, probare debuiſſes, quod matrimonium, ſiue conſideratum vti ſimplex contractus, ſiue vti Sacramentum ſubiacet ordinationi legum Ciuilium. Hoc autem probare non poteras, quia quod alicui legi ſubeſt, vel diuina diſpoſitione, vel ſui natura ſubeſt. Matrimonium autem non diuina diſpoſitione ſubditum vnquam

legi-

Digitized by Google

legimus Ciuilibus legibus; ſed ſolum ſui natura, antequam eleuaretur ad eſſe Sacramenti, & quatenus contractus Ciuilis. Quamobrem vt potè Sacramentum, & diuina inſtitutione, & vti res ſacra Eccleſiaſticis legibus non ſubeſſe nonniſi proſtitutę frontis hæreticus negare poteſt.

42 Secunda, tertia, & quarta ratio falſis momentis inherent. Cum leges Eccleſiaſticæ Ciuium ſalutem, humanæ naturæ conſeruationem, Reipublicæ commoda, pacificam viuendi rationem, & vitiorum extirpationem reſpiciant.

43 Similiter quinta, ſexta, & ſeptima ratio nihil probant, cum recurrant ad id, quod eſt in quæſtione; Neque diſtinguant matrimonium, quatenus eſt Sacramentum, à matrimonio, quatenus eſt ſimplex contractus. Negari ſiquidem abſolutè poteſt fundamentum, cui quinta ratio eſt innixa. Quod nimirum eadem ſit ratio contractus matrimonij, quæ locationis, & venditionis, ſi conſideretur matrimonium quatenus Sacramentum eſt. Item abſolutè negari poteſt fallacia, qua laborat ſexta ra-

44 tio ibi: *Inſtitutio legis Ciuilis ad Principem Sæcularem pertinet, ſed impedimentum dirimens matrimonium eſt lex Ciuilis ergo &c.* Minor etenim propoſitio, quod impedimentum dirimens matrimonium quatenus eſt Sacramentum ſit lex Ciuilis eſt falſa.

45 Itidem patet irreleuantia ſeptimæ rationis, quam palmarem dicis, hoc fundamento innixus. Quod cum matrimonium ſit quidem contractus, ſequitur illud legum diſpoſitioni, & ordinationi ſubiacere. Nam reſpondemus quod matrimonium, quatenus eſt purus contractus, quod verificatur de matrimonio infidelium, ſubeſt diſpoſitioni legum Ciuilium. Quatenus verò eſt Sacramentum ſubeſt diſpoſitioni, & ordinationibus Eccleſiæ, quæ ſola de Coniugijs inter fideles ineundis, leges ferre, & controuerſias adiudicare, & terminare poteſt, cum hodie non amplius Iure fori ſed Iure poli matrimonia regantur; Aliter verò dicens, & docens Anathema declaratur à S. Trid. Concil.

46 Argumentum vero quod à nonnullorum Theologorum diſputandi modo deſumis *in cap.10. primæ partis tui Tract. pag.53.* ibi: *Imperatores circa matrimonij contractum quædam impedimenta ſtatuerunt. Igitur multò magis id licebit poteſtati Eccleſiaſticæ.* Nil aliud probat quam, quod illa Imperialis poteſtas diſponendi circa impedimenta matrimonij, quatenus erat ſimplex contractus hodie reſideat pęnes Eccleſiam, quatenus eſt Sacramentum. Hoc eſt quod docent Theologi quorum verba refers *in d. c.10.*

argu-

Digitized by Google

argumentando à pari; quamuis argumentum etiam procedat à fortiori.

Tria autem; quæ ſub *eodem Capitulo*, vti ſumma veritate intenta obſeruanda aſſeris,nulla obſeruatione digna ſunt,vt pote à
47 veritate aliena,cum nullam diſtinctionem facias inter matrimonium quatenus eſt ſimplex contractus, à matrimonio quatenus eſt Sacramentum, à qua diſtinctione pendet veritas propoſitæ quæſtionis, & tamen non tibi nouum, quod qui bene diſtinguit proximus eſt veritati.

Hac diſtinctione attenta, quæ inter Theologos, & Canoni-
48 ſtas eſt principium incontrouertibile. Ponderatis etiam ſupradeductis, corruunt priuatæ rationes, quas præcedentibus addis in *cap.* 11. *pag.* 55. in quibus ſemper petis principium, & quod in quæſtione aduxiſti pro ratione allegas, & quod olim factum eſt, hodiè faciendum putas, vulgato forſan axiomate immemor. Non quid Romæ factum ſit, ſpectandum eſt, ſed quid faciendum. Diſtingue à fidelibus, infideles, quo facto non omne id quod Ethnicis Principibus licuit pro certo Catholicis licere dices: Et Ius quod fideles, & infideles Principes habent in ſuos ſubditos non idem cenſebis. Cum fideles regantur duplici lege,Eccleſiaſtica, & Ciuili; Ciuilis reſpiciat ordinationes politicas Eccleſiaſticaverò ſacra, interquę matrimonium vti Sacramentum referri nullus Orthodoxorum contendit.

Iure ſiquidem aſſeris, *in cap.* 12. *pag.* 63. DD. ibi relatos, re
49 ipſa non negaſſe ius Regum in ſanciendis impedimentis matrimonium dirimentibus, ſi loquaris de matrimonio, quatenus eſt contractus Ciuilis. Nam ſi loquaris de matrimonio, quatenus eſt Sacramentum, nimirum de matrimonio inter Catholicos, in quo ratio contractus conſiderari non poteſt diſtincta à ratione Sacramenti, contrarium docent *Egidius Conink*, *&* *Petrus Corneio* in verbis à te ipſo, ex ipſis deſumptis & *d. cap.* 12. *pag.* 64. *&* 65. 66. relatis, nec non doctiſſimi vniuerſi Sorbonici Theologi.

Amicæ aduertè, quod non negamus poſſe Sæculares Prin-
50 cipes, ſpectata natura contractus matrimonij,quatenus eſt contractus, ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia, quæ alias licitè ſtatuta & obſeruata fatemur, antequam eleuaretur adeſſe Sacramenti. Sed hoc negamus reſpectu matrimonij, quatenus eſt Sacramentum, attenta, & ſpectata natura Sacramenti. Vnde Eccleſia ſanciendi impedimenta dirimentia matrimonium quatenus Sacramentum eſt Sæcularibus Principibus

pote-

poteſtatem abrogauit, & hæc eſt doctrina *D. Thom. q. 57. art. 2. ad 4. D. Bonauenturæ in 4. diſt. 42. art. 2. qu. 2.* & omnium fermè Theologorum, quos pleno calamo refert *Diana* nec non *Canoniſtarum Iuriſtarum* quos referunt *Sanchez, Caniſius* & alij ſupra *in cap.* 1. relati.

Supponis de propoſito à te Themate *Regij nimirum iuris in*
51 *matrimonium*. Romanorum Pontificum habere iudicia quæ recenſes in *cap. 13. pag. 67. ex Leone I. Gelaſio I. Gregorio I. Nicolao I. Benedicto in appendice Concilij Lateranenſis, Alex. II. Caliſto II. Clemente III. Innoc. III. Clem. IV. Adriano VI.* Sed ex ipſorum verbis ibi; per te ipſum relatis, nihil habetur de ſuppoſito à te Iure Principis Sæcularis in matrimonium, quatenus eſt Sacramentum; quin imò contrarium deducitur, nec ſatis hucuſque intelligere potui, quomodo verba quibus vtuntur præfati Pontifices. *Legitima fœdera, ſecundum legem conſenſus, legale coniugium, & his ſimilia*, ita referas ad Ius Ciuile vt conuenire non poſſint Iuri Canonico, cum vbi agitur de matrimonio fidelium, à lege Eccleſiaſtica pendeat inſpectio, vtrum matrimonia ſint legitima, vtrum coniugium ſit legale, vtrum conſenſus ſit ſecundum legem. Quod ſi matrimonium non excedat puros terminos Ciuilis contractus illud relinquimus diſpoſitioni Iuris Ciuilis; & cum Theologis & Canoniſtis circa ipſum, etiam quoad impedimenta dirimentia Ius Regium approbamus

Non ne verba Canonis deſumpta ex *Codice Canonum Eccle-*
52 *ſiæ Africanæ Can.* 102. ex quibus tu in *cap.* 14. *pag.* 77. Affricanorum Patrum de Regia in matrimonium poteſtate iudicium exponis, luculenter tui Thematis proteruiam declarant. Hæc ſunt Verba Canonis à te ipſo deſumpta: *Placuit vt ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxorem neque dimiſſa à marito alteri coniungatur, ſed ita maneant aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint ad pœnitentiam redigantur: in qua cauſa Legem Imperialem petendam promulgari.* Nam ſi ad promulgationem legis hoc Canone contentæ oculos attentè dirigas, Synodi auctoritate latam fuiſſe inuenies, ſecundum legem Euangelicam, & iuxta Sanctiones Eccleſiaſticas, prout incontrouertibile redditur conſiderata vi verbi *Placuit*. Nec non perpenſis verbiſ illis *ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinam*; Nec non verbis, *ita maneant aut ſibi met reconcilientur, quod ſi contempſerint ad pœnitentiam redigantur*, quæ ſunt imperatiua, deciſiua, & punitiua. Quod autem Africani

Patres,

Digitized by Google

Patres, & ſimul etiam Imperialis legis promulgationem exoptauerint ibi; *in qua cauſa legem Imperialem petendam promulgari*: Hinc forſan Ius Regium in matrimonia deducis? Dic quæſo vnde hanc eruis rationem, ſi Imperialis Iuris fuiſſet leges in matrimonia inſtituere, Africani profectò Patres loquuti non fuiſſent per verbum *Placuit*. Neque quod ipſis placuit, retuliſſent ſimpliciter ad Ius Eccleſiaſticum, ſed ad Ius Ciuile. Cur verò Canoni addiderint verba: *In qua cauſa legem Imperialem petendam promulgari*; confeſtim inuenies, ſi tempora illa hæreticorum feracia, ſi Africanæ Eccleſiæ ſtatum conſideres. Perſpicientes etenim Africani Patres, ad exequendam legem per ſuum Canonem iniunctam, pænitentiæ minas non ſufficere, Synodi placitum validiori præſidio communire ſtuduerunt; ideo legis Imperialis promulgationem in hac ipſa cauſa petierunt, non, vt tu aſſeris, ad Imperatorem confugientes, vt facerent, quod ipſi reſpectu legis ferendæ facere non poterant, ſed vt Imperator Legis à Synodo latæ, ſæueriori addita pæna, exilij nimirum, deportationis, mortis, quam pænam ipſi addere non poterant, obſeruantiam præciperet. Eccleſia enim cum non habeat arma, vt Iura ſanguinis exerceat, ad contumaces coercendos brachium ſæculare implorat; Itaque in ſimilibus, non quod à Iure Ciuili præcipitur, ius aliquod habet in matrimonium, quatenus eſt Sacramentum, ſed quia hoc primum ſancitum habetur ab Eccleſia cui Ius Ciuile in tali caſu famulatur & ſic non impedit, vel dirimit vti præceptum Iuris Ciuilis, ſed vti præceptum Iuris Eccleſiaſtici, à Iure Ciuili ſæuerioribus pænis iniunctum, vt colligitur ex ſupra *not. in cap.* 1.

53 Ex Tridentinæ Synodi Decretis de Regia in matrimonium poteſtate iudicium exponis, in *cap.* 15. *pag.* 79. Hoc autem vt probes hiſtoriam de quæſtione circa matrimonia Clandeſtina inter *Camillum Campegium*, *&* *Antonium Soliſium* recenſes, quæ vt, quam mereatur fidem apud Catholicos, oſtendam, dicere ſufficiat, quod ex mendacijs *Pauli Suaue* depronptam habuiſti; Non ergo mirum ſi in tam fatua prolapſus fuiſti, nam ſi cecus cecum ducit ambo in foueam cadunt; Si cordatos eruditos, pios, & veraces hiſtoricos peruoluiſſes, inter quos à recolendæ memoriæ *Card. Pallauicino* in his quæ reſpiciunt veram Tridentini hiſtoriæ narrationem, viro inter eruditiſſimos ſapientiſſimo, diſcedere non debuiſſes; profectò aliter loquutus fuiſſes; ſi Tridentini Decreta, & Canones de reformatione matrimonij ſtuduiſſes non Regiam in matrimonium, quatenus Sacramentum

eſt,

eſt, poteſtatem approbaſſes, ſed à Tridentino latum Anathema pertimeſcens, non tantum laboraſſes, vt improbabile Thema probare ſtuderes, & Apoſtolica Decreta, & Eccleſiaſticas leges concuteres, vel earum ſenſum corrumpendo ſiniſtrè interpetrareris. Eſto tamen quod *Campegij & Soliſij* hiſtoria eſſet vera, Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata, decreuit ne, quod à *Soliſio* reclamatum aſſeris, poteſtati ſæculari relinquendam auctoritatem clandeſtina matrimonia reſcindendi; Vel Ius hoc Eccleſiæ reſeruauit?

Reſeruaſſe, tu ipſe fateris, in verbis ex ipſa Synodo adſcriptis *d. cap.* 15. *fol.* 80. ibi: *Qui aliter quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi ſeu ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat.*

Quid commune habet argumentum à te deſumptum *ex cap.*
54 *Peruenerabilem. Qui filij ſint legitimi*, cum Iure quod contendis in Sæculari Poteſtate quoad matrimonium, quatenus eſt Sacramentum. Loquitur ibi: *Innoc. III.* de reſtitutione natalium, circa ſæculares actus, quia cum reſtitutio natalium per Principis reſcriptum fiat, reſcripſit *Innoc. III.* cuius verba habentur in dicto cap. *Per venerabilem* à te relata *num.* 1. *cap.* 15. *pa.* 80. *Id in patrimonio B. Petri libere poteſt Apoſtolica Sedes efficere, in quo & Summi Pontificis auctoritatem exercet, & Summi Principis exequitur Poteſtatem*. Si diceremus natalium reſtitutio pertinet in ſæcularibus actibus ad poteſtatem Ciuilem. Ergo poteſtatis Ciuilis eſt leges inſtituere matrimonium impedientes, & dirimentes. Eſſet ne neceſſarium, vel improprium conſequens? Pro certo improprium, cum nullam connexionem habeat reſtitutio natalium, cum matrimonio. Qua fronte ergo Romani Pontificis poteſtatem in matrimonij contractu irrito, & nullo declarando ad ea loca perſtringis, in quibus, & Summi Principis poteſtatem exequitur? Reclamo, & repeto, ſi loquaris de matrimonio quatenus non excedit terminos ſimplicis contractus, nullus Theologorum, & Canoniſtarum negat, quemlibet Principem in ſuo Statu poſſe leges, etiam dirimentes inſtituere; Si loquaris, prout verè loqueris de matrimonio, quatenus eſt Sacramentum, ſola Eccleſia in vniuerſo Orbe leges dirimentes ſtatuere poteſt.

55 Sed eſto, quod argumentum à reſtitutione natalium ad ma-

Digitized by Google

trimonium bene procedat. Pero, poteſt Princeps Sæcularis impertiri natalium reſtitutionem, circa actus Eccleſiaſticos? Pro certo reſpondebis, non poſſe, quia eius reſtitutio ſuam iuriſdictionem non excedit, & communis eſt Canoniſtarum, & Theologorum doctrina, quod legitimatus per reſcriptum Imperatoris, & Principis Laici ſit incapax benificiorum, adeo vt ante diſpenſationem Papæ non dicatur capax. A pari cum matrimonium ab eſſe contractus inter fideles ſit eleuatum ad eſſe Sacramenti, ceſſat in ipſo iuriſdictio Ciuilis, eo quod de ſui natura, vt poteres ſacra tranſiuit in iuriſdictionem Eccleſiæ.

56 Exemplum denique allatum *num. 3. d. cap. 5. pag.* 80. de lege à Rege Galliç circa Clandeſtina coniugia, quod Tridentino non conſenſerit quemadmodem factum dicis ab *Henrico III.* celebratis Bleſis Regni Comitijs nihil releuat, quia abſurdum allegare non eſt argumentum ſoluere, neque aliquid legitima ratione probare. Quinimo patet ipſum *Henric.* agnouiſſe ad Jus Eccleſiæ pertinere de Clandeſtinis coniugijs decernere, ex ipſis Regni Comitijs Bleſis celebratis. Id verò, quod in prin-
57 cipio eiuſdem *num. 3.* aſſeris. *Tridentinos Patres, iure Principum vniuerſim vſos, conſentientibus ſupremis rerum Dominis, qui per legatos interfuerunt Synodo*; Eſt falſum, quia qnicquid in Tridentina Synodo decretum fuit, eiuſdem Synodi auctoritate promulgatum extitit. NequeLegatorum conſenſu indiguit, quos
58 Synodo interueniſſe conſtat non vt præciperent, ſed vt Patribus in Spiritu Sancto congregatis, abſurda exponerent, & ab ipſis legem expectarent; Vnde Iure prprio, non alieno Tridentinos Patres vſos agnoſce. Neque exemplum ab Africanis deſumptum obſtat, quia vt ſupradictum, & ipſi iure proprio legem tulerunt, Imperialis verò legis brachium, pro obſeruantia duntaxat implorarunt. A Pariſienſibus Theologis expete quanta ſit Oecumenici Concilij auctoritas, & vide. An bene ſcripſeris, quod Tridentina Synodus de Sacramento matrimonij leges ferens, non proprio ſed alieno Iure ipſas tulerit. Vt probes, quod non eſt, neque vnquam dari poterit, abſolutè negas quod eſt & eſſe nunquam deſinet; Dicis concordiam, & pacem inter Sacerdotium, & Regnum magiſque firmari, aſſerendo Regibus quæ ſunt Regum, & Sacerdotibus, quæ Sacerdotum eodem vero contextu Regibus aſſeris, quę ſolius ſunt Sacerdotij, Sæcularium Principum iuriſdictioni tribuis, quod natura rei inſpecta, eſt ab ipſa ſeparatum, cum ſacra per leges Pontificias diſponantur, Profana vero per Ciuiles. Inter fideles.

Digitized by Google

les autem matrimonium rem ſacram non eſſe, neque Sacramentum, Lutheri dogmatum ſectatores duntaxat contendunt.

Ridiculam tecum illorum opinionem fateor, qui conſentiunt in aliquo poteſtatem ſanciendi impedimenta matrimonij, quoad congregationem politicam, non tamen quoàd priuatam ſeù ſingularem perſonam, quia vt benedicis, diſputant inconſequenter, vel duntaxat faciunt quæſtionem nominis. Impugno tamen quod aſſeris, poſſe Principem Laicum conſtituere impedimentum matrimonium dirimens quoàd priuatum hominem, prout probare ſtudes *cap.* 16. *pag.* 83., ex ſæpius repetita ratione, quod matrimonium, quatenus eſt Sacramentum ſubeſt poteſtati Eccleſiæ.

59 Hiſtorica verò documenta relata, vt tuum aſſumptum probes in eodem *cap.* 16. nihil in ipſum conferunt. Adducis primò prohitionem factam à Remenſi Concilio, cui *Leo IV.* interfuit, Balduino Comiti Flandrenſi, ne filiam Guillelmo Northanno nuptui daret, & huic ne eandem acciperet. Secundò *Vrbani V.* præceptum, quo Bernabonem Mediolani Vicecomitem, quòd res Eccleſiæ & Imperij turbaſſet ad matrimonium contrahendum inhabilem reddidit. Tertiò *Pauli IV.* iuſſum qui Anno 1556. monitorio denuntiauit Ioannæ Aragoniæ Vxori Aſcanij Columnæ ne vllam ex filiabus in matrimonium ſine ſui licentia collocaret quod ſi ſecus faceret coniugium etiam conſumatum irritum foret. At cùm relatæ à te prohibitiones emanauerint à prohitione Eccleſiæ, tuo quoque Themati oppugnat hiſtorica Traditio. Si quod poteſt Eccleſia, poſſet Princeps Laicus, bene argumentum procederet; prout corruit, nedum quia ſæcularis poteſtas nullum Ius habet in matrimonium, quatenus eſt Sacramentum; ſed quia tu ipſe probas, atque fateris hiſtoricis documentis relatis ſolius Eccleſiæ auctoritate indicta fuiſſe impedimenta matrimonium dirimentia.

60 Vt demonſtres quod Eccleſia ſuppoſito à te Iure ſtatuendi impedimenta matrimonium dirimentia Sæculares Principes hactenus non ſpoliauit, aut ius illud ſibi non reſeruauit *in cap.* 1. *art.* 2. *pag.* 86. præiudicia ſeù præmunitiones ſeptem exponis; In his verò confutandis non immorabor, eo quod negas in ipſis, prima Catholicæ veritatis principia, tum quia confeſtim ac matrimonij contractus eleuatus fuit ad eſſe Sacramenti illicò Ius Sæcularium Principum natura ſua ceſſare cæpit in matrimonio, quatenus eſt Sacramentum. Dico quatenus Sacramentum, quia non omne matrimonium eſt Sacramentum prout patet

Digitized by Google

in matrimonio infidelium, Tumquoque quia varias habemus Eccleſiaſticas leges, & Sacrorum Conciliorum Canones Ius ſtatuendi leges matrimonium reſpicientes Eccleſiæ reſeruantes. Quod à Principibus Laicis ſine contradictione obſeruatum inconcuſſe patet ex Sacris & prophanis Hiſtoricis documentis in *c.* 1. ſupra deductis. Docet *Petrus Sotus lectione 4. de matrimonio* loquendo de Principibus Chriſtianis cuius verba tu ipſe refers *c.* 2. *a.* 2. *pag.* 61. *Ex ſua poteſtate talem vſum Eccleſiæ ſponte ceſſerunt velut alij volunt quia Eccleſia iuſtis de cauſis vſumtalis poteſtatis ſibi reſeruauit.* Nec non DD. omnes in *d. cap.* 1. ſupra relati.

61 Non item immorabor in diluendis ijs quæ habes *d. cap.* 2. *a.* 2. vbi recenſere niteris iudicia quorumdam Illuſtrium Theologorum, quos dicere aſſeris non eſſe ſublatam, vel reſtrictam à quocumque Principum Sæcularium poteſtatem in ſanciedis impedimentis matrimonium dirimentibus. Tum quia nullum ex relatis Theologis vno *Robardeo* excepto huc vſque dixiſſe inueni poſſe Principes Laicos ſtatuere leges matrimonium, quatenus Sacramententum eſt dirimentes; ſed omnes Ciuilem poteſtatem reſtringunt ad matrimonium, quatenus eſt Ciuilis contractus. Tum quoque qnia in hac parte plene ſatisfactum patet ex ſupra deductis.

Lege attentius, nec non percurre in ſuo fonte à te citatos Do-
62 ctores, & rationi conſonum inuenies, quod inquit *Gaſpar Hurtadus*, quem inepte, & iniuſte admones, vt ipſos legat, & relegat, eo quod doceat conuenire Doctores de facto in Principe Sæculari baptizato non eſſe Regiam in matrimoniumexpeditam poteſtatem. Dum vero inconſideratè aſſeris Sæculari Principi non eſſe ſublatam, vel reſtrictam poteſtatem ſanciendi im-
63 pedimenta matrimonium dirimentia, nec non hoc idem falsò tribuis Theologis *d. cap.* 2. a te recenſitis. Te ipſum confundat decretum Lateranenſis Concilij primi Generalis *Can. V.* vbi conſanguineorum coniunctiones prohibet, infamia notat, & infames cum conſanguineis contrahentes declarat, quamuis hoc, & a ſæculi legibus prohibitum agnoſceret; Quod non alia ratione factum fuit, niſi; quia Ciuiles leges nullum ius amplius ſibi vindicare poterant in matrimonio propter eius eleuationem adeſſe Sacramenti, vt diſertè colligitur ex notatis *in c.* 1.

Laboras, ſed incaſſum, vt quæ de abrogata ab Eccleſia Principibus Laicis poteſtate inſtituendi leges matrimonium dirimentes, habentur in *Decreto & Decretalibus* diluas, prout facere ſtudes *in cap.* 3. *art.* 2. *pag.* 106. Clara etenim ſunt verba

Cap.

Digitized by Google

Cap. Euphemium 2. *qu.* 3. vbi abrogatur diſpoſitio Iuris Ciuilis quæ infames reputat tranſeuntes ad ſecundas nuptias. Vnde optima deductio ſequitur, in matrimonijs contrahendis hodie
64 non amplius attendi leges Ciuiles, ſed Ius Eccleſiaſticum, adeò vt Ius Ciuile, vbi aliter a Iure Eccleſiaſtico diſponitur, ab ipſo correctum remaneat, quod ad literam indicant verba eiuſdem *Cap. Euphemium* ibi: *Cum matrimonium hodie regatur iure poli, non iure fori*. Optimam fatemur diſtinctionem quam ex *D. Thom.* aſſignas in reſponſ. ad *d. cap. Euphemium*, quod ſcilicet matrimonia, quatenus Sacramenta, Iure poli, ſed qua contractusCiuiles iure fori regantur.Hac vero diſtinctione abuteris, dum matrimonium quatenus Sacramentum Iure fori regi aſſeris, quia in matrimonio fidelium conſideras qualitatem Sacramenti, ita quod opineris contractum diſtinctum a Sacramento; quod eſt falſum, & non datur a parte rei. Cæterum ad alteram reſponſionem datam, quod nimirum tempus fuerit, quo matrimonia Iure poli non regebantur, negamus, & ad literam indicat aduerbium hodie in *d. cap.* inſertum; Quinimò, & hodie dicimus dari matrimonia quæ iure poli non reguntur, ſed Iure fori, vt patet in matrimonijs infidelium, quæ non poſſunt conſiderari vti Sacramentum.

65 Eſt etiam clara diſpoſitio cap. *de Francia* regiſtrati *ſub tit.* 1. *lib.* 4. *Decretalium* quo Sanctæ Synodi decreto ſancitum legitur Francum quemdam; qui quod Francorum lege Saxonem non deſponſaſſet, illam dimiſſit, & alteram ſuperinduxit, a ſecunda coniuge ſeparatum, ad priorem redire coactum fuiſſe.

Ad hunc Textum tripliciter reſpondes, primo quod non inuenis ius ſtatuendorum impedimentorum matrimonij Sæcularibus Principibus ademptum; & tamen litera Textus nil aliud importat, quam quod tranſgreſſor legis Euangelicæ dicitur, qui mulierem, etiam contra leges Ciuiles ſui Regni deſponſatam, dimittit, & alteram ducit, quapropter Eccleſiaſtica lege, a ſecunda diſcedere, & ad primam redire cogitur.

Secundo reſpondes, quod Concilium Tributienſe a viginti duobus duntaxat Epiſcopis Ann.895. celebratum non repræſentabat vniuerſam Eccleſiam,& conſequenter decretũ huius Concilij dici non poſſe legem Eccleſiaſticam. Hæc autem reſponſio non releuat, quia etiam quatenus verba Textus eſſent deprompta a decreto Concilij particularis, quod re vera Eccleſiam Vniuerſalem repræſentare non poteſt, translata tamen in corpus Iuris Pontificij eis communicata fuit virtus legis vniuer-

uer-

Digitized by Google

uerſalis vnde ligant omnes viuentes munitate Eccleſiæ.

Tertio reſpondes, non tam hoc caput ex Concilio Tribourienſi deprompum fuiſſe, quam miſere deprauatum; Sed eſto quod hoc eſſet verum non verba huius textus ſunt ſimpliciter conſideranda, vti prouenientia a Triburienſi Concilio, ſed vti in Corpore Iuris pro lege in poſterum obſeruanda promulgata a Romano Pontifice Eccleſiaſtici Iuris moderatore, & Arbitro. Vnde vis tuæ reſponſionis prorſus corruit, quodque aſſeris in ſecunda obſeruatione ſub *cap.* 4. *pag.* 119. *O ridicula collectio*. Optimè contra te vertitur, & ſincere dici poteſt ò ridicula reſponſa.

66 Nullam item difficultatem patitur *Text. in cap. Multorum* 35. *qu.*6. In quo vxorem conſanguinitatis cauſa dimittere volenti,& alteri adhærere Apoſtolica Auctoritate interdicitur, vt quam vxorem habet, nullatenus præſumat dimittere, vel aliam ducere donec Epiſcoporum Religioſorum Concilium cauſam illam examinauit. Ex deciſione ſiquidem huius *Cap* patet ius cognoſcendi de validitate matrimonij non eſſe pænes Laicos Principes, ſed pænes Eccleſiam, quæ habet leges inter conſanguineos matrimonia infirmantes. Quamobrem non vt ſupponis in reſponſione,ad Ciuilium legum normam Epiſcopi cauſam examinare debuiſſent. Miſerrima quidem interpretatio. Ridicula reſponſio. Sacrorum Canonum decreta peruolue, citati *Capituli* deciſionem melius obſerua, & vide, an vt ſupponis tuam aſſertionem confirmet, vel infirmet.

67 Claré itidem loquitur Textus in *cap. Ex literis de Conſanguinitate* vbi ſancitur, matrimoniales cauſas non per quoslibet eſſe tractandas, ſed per diſcretos Iudices, qui iudicandi poteſtatem habeant, & Canonum ſtatuta non ignorent. Quomodo ergo reſpondes otiosè, ac ridiculè, ex hoc conſequentiam fieri, quod Papa in ferendis circa matrimonium legibus, per verba huius *capit.* Regum poteſtatem muniuerit? Ridicula potius redditur tua reſponſio, cum dum Alexand. III. declarat ſolum per Iudices Eccleſiaſticos matrimoniales cauſas eſſe tractandas, tu ne dum hoc contra Sac. Canonum ſtatuta expreſſe negas, ſed non obſtante clariſſima litera huius Textus, nihilominus contendis, Pontificem ſupponere leges matrimonia inter conſanguineos prohibentes, quas Ciuiles aſſeris, quaſi non habeamus Conſtitutiones Eccleſiaſticas limitantes Iuris Ciuilis diſpoſitiones quæ emanaraut, inſpecto matrimonio, vti ſimplici contractu. Vt que rem ipſam cauillis confundas.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondes *verba textus* diſtinctè, & definite non deſignare, qui ſint Iudices matrimonij, cum loquantur de diſcretis, quod non minus de Eccleſiaſtico, quam de ſæculari Iudice intelligi poteſt. Te tamen verba totius *Textus* nō perlegiſſe aperte dignoſcitur quę diſtinctè deſignant ad quos matrimoniales cauſę pertineant ibi: *per diſcretos Iudices, qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta Canonum non ignorent*; Quæ important, non per quoſlibet Iudices diſcretos iudicandi poteſtatem habentes, ſed per eos, qui ab Eccleſia iudicandi poteſtatem habent matrimoniales cauſas eſſe tractandas, prout interpretando verba huius *cap.* vno ore concludunt Canoniſtæ.

68 Clarè loquitur Textus in *Cap. Accedentibus de Exceſſibus Prælatorum*. vbi Papa declarat eſſe dignitatis Epiſcopalis matrimoniales cauſas cognoſcere adeò, vt ipſarum cognitionem, & ipſis Abbatibus vetet. Tu vero ſub *Obſeruatione* 2. *pag.* 109. abſurdam collectionem aſſeris, dicere quod Pontifex ius ſtatuendorum impedimeutorum matrimonij Regibus omnibus Chriſtianis in perſona vnius priuati hominis ademit. At non ne vides quanta ſint abſurda, quæ inde ſequuntur. Nam ſi negas quod Innoc. III. in hoc *cap.* delaret cognitionem cauſarum matrimonialium eſſe dignitatis Epiſcopalis ad literam conuictus remanes ibi: *manus ad ea quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis extendunt de cauſis matrimonialibus cognoſcendo*. Quamobrem ſi cauſarum matrimonialium cognitio eſt dignitatis Epiſcopalis, Non ne neceſſario dicendum ſequitur Laicis Poteſtatibus abdicatum fuiſſe ius quicquam ſtatuendi circa matrimonium. Ridicule loqueris Launoi, multa dicis, nihil concludis, & recurrendo ad prima principia, quod eſt in quæſtione pro ratione & reſponſione adducis. Papa ipſiſmet Eccleſiaſticis cauſas matrimoniales cognoſcere vetat & tu hoc ius contendis in Laicis? Diſtingue tempora, & Principes Catholicos ab infidelibus diſtincta iura habere agnoſcas.

69 Obſeruatione ſecunda *pag.* 119. peruerſam collectionem dicis quod ex *deciſione Text. in cap. S. Mariæ de Conſtit.* deſumatur, nullum ius competere Regibus in ſtatuendis legibus matrimonium dirimentibus; Sed tu peruerſiſſimè loqueris. Non ne Innoc. III. in *d. Cap. S. Mariæ*; declarat nullum ius laicis, etiam religioſis competere ſuper Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis, vt ad litera patet ex verbis ipſius Tex. ibi: *Nos attendentes, quod laicis, etiam religioſis ſuper Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas quos obſequendi manet neceſſitas non auctoritas*

Digitized by Google

ritas imperandi. Si ergo nullum ius competit laicis ſuper Ec-
cleſijs, quantò magis ſuper Sacramenta; Qua igitur fronte aſ-
ſerere audes laicæ poteſtati ius competere condendi leges ma-
trimonium dirimentes? In tenebris ambulas *Launoi* & à verita-
te diſcedis.

70 Quæ deducuntur ex *cap. Tuam* quem citas ſub *Rubrica de or-
dine cognationis* qui Titulus non reperitur inter Decretales, bene
ſcripſiſſes, de *Ordine cognitionum*, non ſunt otioſa, vt aſſeris.
ſub ſecunda Obſeruatione pag 119. Nam cum *Honorius III. in
Epiſt. ad Ludouicum Francorum Regem* declaraſſet cauſam nata-
lium Reginæ Cypri ad forum Eccleſiaſticum pertinere, à for-
tiori argumentum procedit, reſpectu legum ſtatuentium impe-
dimenta matrimonium dirimentia. Agnoſce otioſas eſſe tuas
reſponſiones, quarum prima nihil includit, ſecunda confundit
cauſam natalium, cum reſtitutione natalium. Reſtitutionem
ſiquidem natalium, in temporalibus pendere à Principe Sæcu-
lari, non contendimus; Hoc eſt, quod dicis cauſam natalium
non alibi quam apud Sæculares Iudices in Gallia ventilari: Cau-
ſa vero natalium; Vtrum ſcilicet filius ſit procreatus ex legiti-
mo matrimonio, vt potè quæ pendet à validitate matrimonij,
pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, qui ſolus de validitate, vel
inualiditate matrimonij iudicare poteſt.

72 Obſeruas tandem *Canonem* 12. *ſeſſ.* 24. *S. Trident. Concil.* &
Anathema per Sacrum Concilium decretum in eos, qui dicunt
cauſas matrimoniales ad Iudices Eccleſiaſticos non pertinere,
non times? Quid reſpondere niteris? Sileas, Iam fateris in
verbis Tridentini Concilij Anathema decerni in aſſerentes cau-
ſas matrimoniales non eſſe fori Eccleſiaſtici, & dicere non eru-
beſcis *pag. 116. in prim. Reſp.* nihil eſſe in hoc Canone, quo ius
ſtatuendorum impedimentorum matrimonij Chriſtianis, aut
infidelibus Regibus adimatur? Negas ſolem in meridie, ter-
minos confundis, tam *in ſecunda, quam in tertia reſponſione.* Rem
ipſam demonſtras ſub *Obſeruatione ſecunda pag.* 119. vbi abſo-
num concludis dicere, quod Concilium ius ſtatuendorum ma-
trimonij impedimentorum Chriſtianis Regibus abſtulit, ſed
non Ethnicis, quaſi res noua eſſet quod infidelium matrimo-
nia non cadunt ſub diſpoſitione legum Eccleſiæ vt potè quæ
non excedunt fines ſimplicis contractus. Et tibi Iuris Regula
73 innoteſceret, quod de his quæ ſunt extra Eccleſiam, nihil ad
Eccleſiam. Sacrum equidem Concilium in illos duntaxat Ana-
thema, ferre videtur qui tuum Thema ſectantur. Nam dicere,
quod

Digitized by Google

quod cauſæ dotis, ſucceſſionis, hæreditatis ſpectant ad Magiſtratus Politicos, non eſt dicere cauſas matrimoniales, non pertinere ad Iudices Eccleſiaſticos cum eſſentialiter diſtinguatur cauſa matrimonialis, à cauſa, quæ poteſt prouenire ex dote, vel ſucceſſione. Quamobrem de vanitate tui ratiocinij; & de his quæ futilia habes in prima adultimam tuarum obſeruationum, quas recenſes ſub *cap. 4. art. 2. pag. 117. & ſeq.* meritò cum *Hieronymo* exclamari poteſt. O Epicitharisma poſt fabulam? Catholicorum auribus abſurda redditur tua ratiocinanda forma, ex qua præter verba otioſa, nil aliud colligitur. Vtinam otij fines, tuæ Aſſertiones non excederent; vltra etenim

74 nimis progredientes, iam video hæreticæ prauitatis notam quodammodo euitare non poſſe præſertim in his, quę habes, in octaua Obſeruatione *pag. 124.* vbi dicis; *Cum Pontifices Greg. I. Alex. II. Innoc. III. Honor. III. reſeruando cognitionem cauſarum matrimonialium iudicio Eccleſiæ errare potuerint, non eſt quod eorum ſtetur iudicio, tamet ſi ius ſtatuendorum matrimonij impedimentorum Principibus abſtuliſſent.* O infelix quæ te dementia cępit. Tibi licitum facis de errore Chriſti Vicarios redarguere.

75 In *cap. 6. art. 2. parg. 127.* Vt ex Pontificijs diſpenſationibus ſumptum argumentum diluas, venaris muſcas, & male recoctam, quod aiunt, crambe, vti nouus dialecticus offers. Argumentum eſt. *Non Reges, ſed Eccleſia ſuper inſtitutis humano iure impedimentis diſpenſat. Ergo non ſæcularis poteſtas, ſed Eccleſiaſtica ius habet ſtatuendi impedimenta matrimonium dirimentia.* Eius enim eſt ligare cuius eſt ſoluere. Otioſam vero audiamus ſolutionem. Argumentum retorques ratiocinando a pari. *Reges olim diſpenſabant ſuper impedimento conſanguinitatis. Ergo non Pontifices, ſed Reges ius habent ſtatuendi impedimenta matrimonium dirimentia*; Ridiculum profectò conſequens; Dicere debuiſſes. *Ergo Reges ius habebant ſtatuendi impedimenta mationium dirimentia*; Quod utique negari non poteſt, antequam matrimonium eleuaretur ad eſſe Sacramenti. Aperta eſt fallacia Argumenti à præterito ad præſens. Non eſt bona propoſitio, quæ olim potui, etiam poſſum; nam multa, & ipſe poteram Adoleſcens, quæ modo non poſſum.

76 Secundo reſpondes, eius eſſe legem aliquam ſoluere, cuius eſt eamdem conſtituere. Sed Principes impedimenta matrimonium dirimentia conſtituere poterant. Ergo & ipſa poterant ſoluere. Sed hoc argumentum nihil probat, cum nullus Theologorum, vel Canoniſtarum impugnarit vnquam. Re-

gium Ius in matrimonium, quatenus tamen non excedebat fines contractus. Quod Ius hodie etiam habent Principes tam fideles quam infideles reſpectu ſuorum ſubditorum infidelium,
77 quorum matrimonia ſunt puri contractus. Quinimo exdiametro optime retorqueri poteſt argumentum. *Eius eſt per te legem aliquam ſoluere cuius eſt eamdem conſtituere. Sed ſola Eccleſia ſoluit leges impedientes matrimonia.* Ergo pertinet ad ſolam Eccleſiam ipſas conſtituere. Maior eſt Clara, minor patet inſpectis ipſis Imperatorum, & Regum nuptijs quas non celebrant in gradu ab Eccleſia prohibito, niſi prius à Sede Apoſtolica impetrata diſpenſatione, vt patet ex ſupradeductis in *cap.* 1. Conceſſa verò maiori, & minori propoſitione, neceſſario quoque concedi debet conſequentia, quam vtique ſine vitio negari non poſſe, vbi argumentum eſt in forma, eſt incontrouertibile principium Dialectices.

Nec releuat quod habes *in tertia reſponſione* cum ad ſolutionem afferas, quod eſt in quæſtione, ſemperque principium pe-
78 tas, vnde nulla argumenti dilutio ſequitur. Vt verò bene applicares auctoritates *Matthei Galeni, & Petri Sot.* tempora diſtinguere debuiſſes, quorum quædam agnouerunt matrimonia in puris terminis contractus; quod hodie ceſſat inter ablutos Sacro Baptiſmate, quorum matrimonium eſt elauatum ad eſſe Sacramenti, & non niſi proſtitutæ frontis hæreticus, hoc negare pôteſt.

Relata in quarta reſponſione *pag.* 128. Hiſtoria Alfonſi Ca-
79 ſtellæ Regis, qui quod Vrracam ſine Eccleſiæ diſpenſatione ſibi cognatione deuinctam duxiſſet, Connubium diremptum fuerit, tuum deſtruit Thema. Non me latet Alphonſum, & Vrracam Papæ mandatis non paruiſſe, ſed Deum vindicem experti fuerunt; Vrraca enim morte ſubita medium crepuit. Alphonſus vero a Saracenis peremptus fuit, vt patet ex *Spond. relat. ſup. cap.* 1. *ſub num.* 354.

Quam *Petri Cellenſis pag.* 129. Epiſtolam refers ad literam de-
80 monſtrat non niſi a Papa dari diſpenſationes circa impedimenta conſanguinitatis. Hæc ſunt verba *Petri Cellenſis ex lib.* 6. *epiſt.* 3. a te ipſo deſumpta ibi: *Penſet itaque veſtra diſcretio, vt ſi quid de conſanguinitatis gradu obſtat pro bono pacis, & pro tantorum malorum recompenſatione, quacumque fieri poteſt à Domino Papa non recuſetur diſpenſatio.* Vide ergo quam improprium ſit tuum ratiocinium; Nam quod in *cit. Epiſtola* adducantur diuturna bella, depredationes, & alia id genus mala, vt Romanum Ponti-

tifi-

Digitized by Google

tificem ad dandam veniam contrahendi inter conſanguineos facilius inclinarent. Hoc factum infers, quod tunc huiuſmodi veniȩ non eſſet vſus. Sed peto, vel dare veniam vt conſobrina fieret Vxor legitima, erat in vſu, vel non erat in vſu; ſi non erat in vſu, & Papa difficile, vt ſomnias inclinabat, ad quid contra vſum ad ipſum prouenia recurrere? Si non erat in vſu, quo iure hoc ius Regiæ poteſtati potius quam Pontificiæ confers? Si erat in vſu prout leges omnes tum Eccleſiaſticȩ, tum Ciuiles, ipſaque hiſtorica documenta teſtantur, cur negas hoc ius Eccleſiæ, quando, & verba ipſa, quibus illud negare niteris, a Papa petendas eſſe diſpenſationes probant, & ad literam docent non niſi publici boni cauſa concedi ſolitas; Vnde ne Papa diſpenſationem denegaret expreſſa cauſa petitam fuiſſe conſtat. Peccas *Launoi* in hiſtoria, peccas in ratiocinio. Sed quod magis eſt, peccas, peruertendo ea ipſa, quæ ſunt prima, & optima principia, quibus ius in matrimonia, quatenus ad eſſe Sacramenti eleuata reperiuntur, a Doctoribus ſine contradictione vna voce probatur. Tu ſolus verax Goloſſator; nouus hiſtoriarum Corrector, Pontificij Iuris Expurgator? Veræ doctrinæ dogmata preuertis, vt patet ex his quæ ſubdis *pag.* 129. 130. 131. quæ vti puerilia percurro, cum te ipſum in ipſis condemnes.

Miſere deſipis *Launoi cap.* 7. *pag.* 134. per totum. Tu ipſe fate-
81 ris Gregorium primum Romanum Pontificem, vt legitur in Gratiani Decreto *cap. quædam Lex* cuius verba refers dicta *pag.* 134. abrogaſſe Ciuiles Leges matrimonia inter conſobrinos permittentes, & Nihilominus cauillando, ſumptum ex Greg. argumentum in tuum Thema confers quaſi *Theodoſij*, *Arcadij*, *Honorij*, & *Iuſtiniani*, Leges, Canonicas ſanctiones vel corrigerent, vel non attenderent QuodCatholicorum Principium pietatem non leuiter offendit, cum quæ olim circa matrimonia Iure Ciuili ſancita reperiuntur, hodie inter fideles ad normam Iuris Eccleſiaſtici dirigantur; Ipſoſquemet Imperatores legum latores, a Greg. alijs que Pontificibus monitos ſuas leges temperaſſe tu ipſe doces *pag.* 138. Referendo verba Epiſt. II. Greg. lib. 7. indictione 1.

Pergis *Launoi*, qua fronte autem neſcio *cap.* 8. per totum
82 *pag.* 143. & ſequenti *Cardinalis Bellarmini* Oracula impugnando. At ſicut fateris *Bellarminum* propoſitæ diuiſionis argumentum deſumpſiſſe a Trid. Concil. ita dum ipſam exceſſiuam, & illegitimam dicis, tuam aſſertionem clarius condemnas. Non ergo mirum, ſi ambulas in tenebris, & odis lucem. Veritatem

Digitized by Google

non inuenit qui vere diſtinguendo ſe veritati proximum facere non ſtudet. Fallaciæ ſunt quibus vteris vt *Bellarmini* Catholicam Doctrinam impugnes, & pace tua dum aſſeris *pag.* 144. Bellarminum non ſincerè, ſed fraudulenter agere, fraudis te inuentorem oſtendis cum non ſit inter Catholicos DD. qui Bellarminum virum ſuper eruditiſſimos ſapientiſſimum non agnoſcat ipſumque hæreticorum flagellum non fateatur, quod ſatis euidenter demonſtrant ſui litterarij labores, quibus Nouatorum figmenta, & artes eneruauit, Machinas proſtrauit, impiaque ipſorum ſcelera aperijt, vt ad rem noſtram videre eſt in *lib.* 1. *de matrimonio cap.* 32. vbi cauſas matrimoniales diſtinguit in omninò politicas, & in omnino ſpirituales, & in partim politicas, partim ſpirituales. Omninò politicas dicit de dotibus, ſucceſſionibus, & hereditatibus. In hac parte cum non habeas quid critices hironicè loqueris, quaſi *Bellarminus* in cęteris Regiæ poteſtati præiudicarit. Omino ſpirituales dicit vbi agitur de partibus Sacramenti, & de Benedictione Sacerdotali, in qua itidem parte cum non habeas quid cauilles, criticas *Bellarmini* verba ibi: *cauſas ſecundi generis nemo negare poteſt ad ſolam Eccleſiam pertinere*. Et aſſeris: dicendum rectius fuiſſet ad ſolum Sacerdotium, quàm ad ſolam Eccleſiam, vt Sacerdotium à Regno, ſeu Magiſtratibus contradiſtingueretur. Sed quæ nam eſt differentia inter Eccleſiam, & Sacerdotium. Non ex hoc quod Eccleſia ſecundum eſſentialem ſui definitionem ſit Congregatio fidelium, ac perinde Chriaſtinos Principes in ſua definitione contineat, ſequitur in hac fidelium Congregatione ideſt in Eccleſia, non dari diſtinctionem inter Sacerdotium, & Magiſtratum. Nam hæc Congregatio fidelium eſt vno capiti ſubordinata: Romano nimirum Pontifici, qui Eccleſiam vniuerſalem repreſentat; adeo vt ly Congregatio fidelium non prędicetur de Laico Principe vti capite eiuſdem, ſed vti membro Romano Pontifici in ſpiritualibus ſubordinato. Quæ omnia ſunt veritatis Catholicæ argumenta infallibilia, neque apud eos, quos Sacra baptiſmatis vnda lauit, maiori indigent probatione.

Cauſas denique partim Politicas, policas, partim ſpirituales illas dicit, quæ ſunt de gradibus cognationis, de diuortijs, de impedimentis, quia contractus matrimonij quatenus naturalis, eſt materia politica; Quatenus verò eſt fundamentum Sacramenti eſt ſpiritualis. In hac parte non ſine graui cenſura *Bellarminum* euadere permittis, dicens, quod contra ſuam diuiſio-

ſionem concludit. Sed toto Cœlo aberras; Quin ſic agendo, nimirum non diſtinguendo matrimonium, quatenus eſt purus contractus, & quatenus eſt Sacramentum, non ſincerè ſed fraudolenter agis. Docet *Bellarminus* cauſas tertij generis ad politicum magiſtratum pertinere poſſe, ſed cum ſubordinatione ad Eccleſiaſticum. Ipſum de more clarè loquentem intelligere debuiſſes, ſed quia non bene eius ſenſus percepiſſe demonſtras, nil aliud dicit *Bellaminus*, niſi quod Magiſtratus politicus poteſt aliquid diſponere in gradibus cognationis, diuortijs, & impedimentis iuxta diſtinctionem, & declarationem factam ab Eccleſia, nimirum quatenus contractus non egreditur terminos materiæ politicæ, nam ſimpliciter loquendo concludit *Bellarminus* etiam cauſę tertij generis pertinent ad Principem Eccleſiaſticum quia dum inter Catholicos dicitur matrimonium, ſimul dicitur Sacramentum.

Neque Bellarmini aſſertione repugnat *Petrus Sotus* cum in
83 verbis a te ipſo relatis *pag.* 145. concludat *Iam nullum cenſeri matrimonium illegitimum quod Eccleſia tale non iudicat*. Neque repugnat *Catharinus* cuius verba *ibidem* refers, cum in verbis a te ipſo tranſcriptis intrepidè pronunciet. *Principes poſſe circa matrimonium tamquam circa ſuam, & alienam materiam, ſuis legibus prouidere, quidquid non eſt contra Legem Dei, & Legem Naturæ*. Neque repugnat *Ochamus* cum in recenſitis per te ipſum verbis *d. pag.* 145. doceat, *Ad Imperatorem quantum ad ea de quibus ſacræ litteræ non loquuntur Cauſam matrimonialem pertinere*. Longe profectò diſtant a tuo ſenſu prædictorum Theologorum dicta, quin immò ipſum proſternunt, dum Iudicium Illegitimi matrimonij ad Eccleſiam ſpectare affirmant, & ius Imperatoris coarctant ad ea quæ non ſunt contra legem, Dei & de quibus ſacræ literæ non loquuntur. Vnde cum in omnium etiam Hæterodoxorum ſententia Legi Dei repugnet quod Laici Principes poteſtatem ſibi vindicent in rem ſacram, & paſſim ſacrę literę ſacrique Canones doceant de matrimonio quatenus eſt Sacramentum, ſolius Eccleſiæ iudicium attendendum eſſe, ipſequitur non *Bellarmini* Doctrinæ, ſed falſo tuo Themati ea ipſa repugnare, quæ in ipſum influere ſomnias. Tuus non *Bellarmini*, viri probitatis, & Doctrinæ Eminentia inſignis, loquendi modus captione non vacat, vnde a fallaci tuo ratiocinandi modo, cauendum.

Pergis *Launoi* & *pag.* 146. tertiam *Bellarmini* diuiſionem ex-
84 cutere niteris; ſed vitioſe argumentaris nihilque habes præter

Ca-

cauillos ; Falſum ſiquidem eſt , quod primo loco aſſeris *Bellarminum* , ſuæ aſſertionis primam partem non probaſſe , & miſerè deſipis,dum aſſeris propoſitam à *Bellarmino* diuiſionem,non niſi miſeram captionem eſſe , nec ſatis ingenioſam cauillationem . Quæ tua ſunt ne *Bellarmino* tribuas . Non malitia , non ignorantia , non captio , vt aſſeris . Sed virtus in ſummo , diligentia, ſtudium vita ſine macula, ſinceritas, & pietas ſunt vera *Bellarmini* attributa .

Secundo loco quod *Bellarminus* ſuam aſſertionem confirmet
85 *can. 22. Trid. Conc. ſeſſ.* 24. ibi : *ſi quis aixerit cauſas matrimoniales ad Iudices Eccleſiaſticos non ſpectare Anathema ſit* . Temerè aſſeris , quod ſi legiſſet Canonem Africani Concilij propoſitionem correxiſſet ſuam . Virum opinaris *Bellarminum* , cui Africanus Canon innotuerit ? Veram ipſius Canonis vocem intellexit *Bellarminus* , quam tui ingenij proteruia non bene percepit vel corrupit . Conueniunt diſpoſita per Africanos Patres cum his, quæ habentur in *d. Canon. Tridentini.* In vtroque enim Concilio Tridentino , & Africano quoad matrimonium pertinet, legem latam habemus , neque Africani Patres legem quoque Imperialem promulgandam decreuerunt,quod eius auctoritate indigerent , ſed vt timore penæ Ciuilis , Eccleſiaſticæ Legis Decretum in poſterum ad obſeruantiam redigeretur . Quod non nouum in Iure .

Pergis *Launoi* & quia validiſſimum hoc *Bellarmini* Argumentum . *Matrimonium eſt Eccleſiæ Sacramentum Ergo cauſa matrimonialis tertij generis ſpectat ad Iudices Eccleſiaſticos* ; te nimirum ſtringit , fallax ipſum aſſeris *pag.* 147. & Cauillum appellas , nullamque Theologicam rationem te reperire dicis , qua ex poſito antecedenti recta Concluſio ſequatur ; Quæ omnia quam vana ſint , re ipſa comprobatum remanet , vt patet ex ſupradictis *in cap.* 1. *per totum* . At vbi Cauillos non inuenis ; Vbi vitioſa argumentorum iacula parare non potes , quia verſamur in claris , iam nouum reperiſti refugium dicens . *Hic*
86 *Theologicam rationem nullam reperio* . Et eadem *pag.* 147. ad quæſtionem reuocas contra *Bellarmini* propoſitionem . Vtrum contractus legitimus matrimonij inter Chriſtianos ſeparetur à Sacramento , & ſeparari aſſeris , quod a quibuſdam , paucis tamen , itá dictum reperias, qui cum errauerint in conſtitutione
87 miniſtri huius Sacramenti , non mirum ſi & in hunc quoque errorem impegerint . Præsbyterum opinabantur Sacramenti , matrimonij miniſtrum eſſe *Guillelmus Pariſienſis tract. de Sacramen-*

Digitized by Google

mentis cap. 9. *de Sacrament. matrimonij* . *Iudocus Clichtaueus Sermone didactico de Sacramento matrimon. Ioannes Groperus*, *Laurentius Petrus in Epitom. Sacrament. de matrimon.& Canus lib.*8. *de locis cap. S. Edemondus Augerus lib.* 2. *de Sacram. matrimon. c.*2. *&* 3. *Ioannes Benedictus lib.* 4. *ſum. cap.* 5. *Guillelmus Eſtius in* 4. *diſt.* 26. §. 20. *Franciſcus Siluius in* 3. *part. Ioannes Scribonius in Theoſemia diſp.* 9. *de matrim. quæſt.* 5. Vbi eo ineptiæ peruenit, vt redarguat opinionem *Bellarmini*, quæ eſt communis, & *Cani* opinionem ſectatus hanc communem dicat, ideo à contractu ſeparatum dixerunt Sacramentum. Sed palpabilis eſt ipſorum error, quia ipſimet contrahentes, iuxta communem Theologorum, & Canoniſtarum conſenſum ſunt miniſtri huius Sacramenti, quod ad ſui eſſentiam Præsbyteri præſentiam non exigebat ante *Trident.* Vnde ſequitur Sacramentum matrimonij non poſſe conſiderari ſeparatum a legitimo contractu. Sed quemlibet legitimum matrimonij contractum eſſe hoc ipſo Sacramentum, vt clare conſtat, ex ſupra deductis *in cap.* 1. Vbi hoc omnium Theologorum, Muſei præſertim Sorbonici, doctrina probauimus.

Ridicula item ſunt quæ ſubdis *pag.* 148. *& pag.* 149 vbi fal-
88 lacijs & impoſturis Eccleſiaſticam iuriſdictionem preuertere ſtudes, & *Bellarminum*, qui Angelico candore, & ſpiritu omnia agnouit, ſanctaque docuit, erroris, imperitiæ, & ignorantiæ Canonum inſimulas. Sed deſine ipſum reprehendere imò inſpice, & venerare hominem in rebus ſacris mirabiliter verſatum. *Pag.* 150 tuum Thema fulciris Hiſtorico documento in negotio diuortij Hlotarij, & Terbergæ Reginæ, ſed nihil in ipſum confert quin oppoſitum apertè deducitur. Nam & data ſuppoſitione quod Nortildis proclamatio ad Imperatorem de quibuſdam inhoneſtis inter ſe, & virum ſuum ab ipſo Imperatore ad Synodum deſtinata, Epiſcopali auctoritate decernenda quam ex *Hincmaro* refers, dici poſſet cauſa matrimonialis, quam talem non fuiſſe ſuadet, quod Epiſcopalis congreſsus ipſam ad Laicorum, & Coniugatorum iudicium remiſerit; (ne dicamus Galliarum Antiſtites in omnibus ſemper vigilantiſſimos proprij muneris partes negelxiſſe. Nonne patet ex verbis *Hincmari* à te relatis, Imperatorem, quod cauſam matrimonialem eſſe putaret, ipſam ad Synodum deſtinaſſe, Epiſcopos vero, vti non ſuam, ad Laicorum iudicium remiſiſſe? Nam cum ad Laicorum iudicium a Synodo remiſſam fatearis, fateri etiam debes quod remiſſa fuit, vti non matrimonialis, & conſequenter

ter agnoſcere etiam debes, non inde ſequi quod deducere ſtudes; Matrimoniales ſcilicet cauſas vti Laicalis iuriſdictionis á Galliarum Antiſtitibus eidem fuiſſe remiſſas. Quinimo aperte conſtare, ne dum cauſas matrimoniales eſſe Iuris Eccleſia-
89 ſtici, ſed & vbi dubitatur. Vtrum cauſa ſit matrimonialis, nec ne, recurrendum eſſe Iudicio Eccleſiæ. Quam profectò diſciplinam, ſi tu attento oculo conſideraſſes, ſine dubio tua placita variaſſes, & a *Bellarmini* doctrina non diſceſſiſſes. Mul-
90 ta profectò dixiſti, quæ non dixiſſes: Sacri etiam Concilij Tridentini Decreta non cenſuraſſes, prout facis *pag.* 151. nisi *Pauli Seruitæ* impoſturis imbutus, cum mendaci Auctore de Clandeſtinis matrimonijs reſcindendis, mendacijs, & falſis inuentis, Tridentini Synodi Hiſtoriam præuerteres, Vt demonſtrat *Card. Pallauicinus* qui *Seruitam* de oculari mendacio, & de impio animo paſſim conuincit. Falſumque eſt quod eadem *pag.* 151. aſſeris, quod Pallauicinus in hac parte Seruitæ non contradicat; nam ſi omnia erudito calamo, & pia mente vti á *Bellarmino* factum fuit, attendiſſes minus rectam hanc diſputandi rationem prætermiſiſſes, & quod Dei Deo, quod Cæſaris Cæſari reddidiſſes.

Ad quantam vero in hac parte inſaniam perueneris, vt cætera prætercam, clare demonſtrant datæ reſponſiones ad *Bellar-*
91 *mini* validiſſimum argumentum ab vniuerſali Eccleſiæ praxi deſumptum. Nam cum *Bellarminus* doceat, cauſas matrimoniales ad forum Eccleſiaſticum pertinere exemplo Chriſti, vt tu ipſe refers *pag.* 153. qui cauſam de diuortio, & repudio non remiſit ad politicum Magiſtratum ſed ipſe iudicauit *Matth.* 5. *&* 19. Deinde Apoſtoli exemplo 1. *Corinth.* 7. qui cauſam coniugij inter fidelem, & infidelem ſimiliter cognouit neque illam ad magiſtratum reiecit. Non dialecticorum legibus, ſe falſis Dogmatibus pugnans.

92 Reſpondes primo quæ Chriſtus fecit, & Paulus docuit ad praxim totius Eccleſiæ referenda non eſſe, ſed quę Antiſtites in cauſa Hlotarij, & Tetbergæ, quaſi Chriſtus, & Paulus non facienda fecerint, & non docenda docuerint, & factum ab Epiſcopis in cauſa Hlotarij, & Tetbergæ præualere debeat exemplo Chriſti, & Doctrinæ Pauli. Aſſertio quæ temeritatis fines egreditur, cum diuini Oraculi ſit ſententia *Exemplum dedi vobis, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*. Delirium quo maius audiri poſſe non arbitror ad Eccleſiæ praxim referendam non eſſe Pauli Doctrinam, ſed factum Antiſtitum Galliæ,

quod

quod ſi includeret, quod ex ipſo non bene infers, repugnaret exemplo Chriſti, & Doctrinæ Pauli.

Secundo reſpondes exemplum Chriſti, & factum Pauli nil commune habere cum cauſis matrimonialibus tertij generis; Et tamen cauſæ Diuortij, & Repudij, cauſa coniugij inter fidelem, & infidelem, inter quos viget cultus diſparitas, ſunt de jis, quas *Bellarminus* ſpecialiter recenſet in ſua diuiſione inter cauſas tertij generis, quas ſimpliciter ad Eccleſiaſticos Iudices pertinere aſſerit; Ad ſæculares vero pertinere poſſe docet cum ſubordinatione, ad Eccleſiam. En ergo quam ridicula reſponſio.

Tertio reſpondes deductam Chriſti, & Pauli exemplo conſe-
93 cutionem nulla vnquam Eccleſiæ traditione confirmatum iri. Quæ itidem reſponſio, ne dum dialecticis legibus repugnat, cum id pro ſolutione adducas, quod eſt in quæſtione & principium petas, aliaque in diſputando vitia committas, eo præſertim quod probandum non probes, & quod improbabile eſt vti probatum exponas. Sed falſis momentis innititur. Teſte enim *Bellarmino* plena ſunt Sacra Concilia, & Romanorum Pontificum Reſcripta Eccleſiaſticarum Conſtitutionum leges inſtituentium matrimonium reſpicientes, ex quibus patet Eccleſiam ſemper in cauſis matrimonialibus reſpondiſſe, & de his iudicaſſe, cui argumento, nedum Iuri, ſed & Eccleſiæ inuariabili conſuetudini innixo, tam futilis eſt reſponſio a te data *pag.* 153. vt impugnatione non indigeat. Vtque multa paucis perſtringam tuis expende momentis rationem rei ſacræ in matrimonio, eo ipſo quod legitimi contractus naturam ſortitur. Oculos attentius flecte ad ea, quæ ex Decretalibus recenſes *pag.* 154. & 155. Conſule in Orbe Catholico probata Concilia, præſertim in Gallijs celebrata, & ex his omnino liquere percipies; Ius ferendarum legum matrimonia dirimentium, ſæcularibus Principibus olim conceſſum, & hodie permiſſum vbi matrimonia non excedunt fines ſimplicis contractus, cuius naturę fuerunt, & ſunt matrimonia inter infideles, confeſtim ceſſaſſe, eleuato matrimonio ad eſſe Sacramenti, & in hac parte vbi matrimonium eſt Sacramentum, cuius naturæ ſunt matrimonia inter fideles, Catholicos Principes ab omni Iure cecidiſſe, & leges ferre matrimonia dirimentia, nec non in ipſis diſpenſandi Eccleſiæ Iudicio reliquiſſe, & Eccleſiam plenum ius in matrimonium quatenus Sacramentum eſt ſibi adeo reſeruaſſe, vt ipſas Ciuiles Leges corrigat, de illegitimis matrimonijs priuatiue quoad omnes cognoſcat, ſuper impedimentis dirimentibus diſpenſet.

Et ipſimet Imperatores, & Reges, non prius in gradu ab Eccleſia prohibito, quàm a Romano Pontifice impetrata diſpenſatione, matrimonium contrahant, vt liquet ex ſupradeductis in *c.* 1.

Pergis *Launoi* & *cap.* 9. *pag.* 147. confutare niteris *Pontium*
94 *lib.* 3. *de matrim. cap.* 2. *Hurtadum diſp.* 12. *de matrimonio difficultate prima Dianam part.* 5. *reſolut.* 16. de Immunitate Eccleſiaſtica, quos duntaxat, quidquid eſt Iuris Principum in matrimonium funditus euertiſſe aſſeris, hoc ſibi perficere ſtudentes vitioſo diſputandi modo, per manifeſtam ſcilicet petitionem principij, quo quidem vitio omnes te notare poſſunt, qui tuas percurrunt filaterias. Quod dicis, credis *Launoi*; quod credis, ab omnibus receptum credis, ſed falleris. Tres tantũ Theologos aſſertum a te ius Principum in matrimonium deſtruere dicis, ſed numera, quos ſupra in *c.* 1. per totum plena manu retuli, cum alijs ab ipſis relatis, & vide an tres fuerint. Communi omnium Canoniſtarum, & Theologorum voto ius Eccleſiæ in matrimonium probatum remanet. Quin DD. ipſos a te recenſitos præfatis addere potes, omnes enim vno *Rabardeo* excepto, vna voce ſaltem fatentur, Eccleſiæ reſeruatum eſſe ius inſtituendi leges matrimonium reſpicientes. Ius vero quod olim Magiſtratus ſæculares habebant, reſtringunt ad matrimonia, quæ non excedebant puros limites contractus, vel ad ius quod etiam hodie Principes habent in matrimonium infidelium, quod ſolius contractus naturam ſapit, quo caſu & noſtram ſententiam recenſere poſſes. Canoniſtarum ſiquidem, & Theologorum eſt receptiſſima ſententia Ciuiles Magiſtratus ferre poſſe leges illa matrimonia dirimentes, quæ non egrediuntur fines Ciuilis contractus. Quod conſiderari ſolum poteſt inter infideles cum inter fideles Ratio Sacramenti ſit inſeparabilis ab eſſe legitimi contractus. Hic eſt ſcopulus in quo non diſtinguendo irruiſti vnde non mirum ſi naufragus portum non inuenias.

Dicis *d. cap.* 9. *pag.* 157. quod Theologi tuæ ſententię repu-
95 gnantes, *ſibi ſumunt contra cæteros Theologos Chriſtum, vbi matrimonium ad Sacramenti dignitatem euexit, ius omne in matrimonium Principibus ademiſſe, neque hoc fere aliter ſtabiliunt, quam vitioſo diſputandi modo*. Hæc ais *Launoi*. Ergo ne a Chriſti exemplo argumentum ſumere, eſt vitioſè diſputando ſuam ſententiam confirmare? Tantum dicis? Tantum audes? O impium Commentum.

Ad *Pontij* argumentum quod Princeps Sæcularis fidelis le-
96 gem aliquam ſtatuere non poteſt directè, vel indirectè perti-

pen-

nentem ad matrimonij ſubſtantiam niſi ab Eccleſia tacite , vel
expreſſe probetur , defectu poteſtatis ; negas *pag.* 157. hoc cum
Pontio multos Theologos ſentire . Sed in hac parte negas Solem
in meridie , cum quot quot habemus Catholicos Theologos
etiam Laxantes conſcientiæ habenas a *Pontij* ſententia non di-
ſcedant , & illos met quorum Iudicia in tuum Thema influere
putans , initio tui tractatus recenſes , *Pontij* noſtramque ſen-
tentiam probant & a tua declinant .

Pergis & ad hoc *Pontij* Argumentum . *Nullas Ciuilium ma-*
97 *giſtratuum leges circa contractum matrimonij validas eſſe , niſi pro-*
bentur ab Eccleſia . Conſtat ex cap. cum ſecundum Apoſtolum de ſe-
cundis Nuptijs, vbi ea Lex Cæſarum, quæ infamiam irrogat viduis
nubentibus intra annum luctus abrogatur . Reſpondes primo :
quod *Pontius* Eccleſiam confundit cum Romano Pontifice ,
quia legem tribuendam *Inn centio Tertio*, Eccleſiæ tribuit; quaſi
Romanorum Pontificum decreta non eſſent leges Eccleſiaſticæ.
Eſt hic Hæterodoxorum impius error. Nam Papa Eccleſiam re-
prenſentat, neque Orthodoxorum vllus hoc Catholicæ veritatis
principium negat . Hinc non mirum ſi in alias reſponſiones
corruas , quæ nihil ponunt in eſſe , cum certi Iuris ſit *Gratiani*
Valentiani , & *Theodoſij* leges de ſecundis Nuptijs , Viduis nu-
98 bentibus infamiam irrogantes , quæ olim viguerunt , hodie
per ius Pontificium eſſe correctas , adeout Iure etiam Ciuili at-
tento ad ſecundas Nuptias tranſeuntes nulla notentur infamia
ac ſi Leges illæ Ciuiles latæ non fuiſſent , vt patet ex his , quæ
dixi cap. 1.

Pergis & *pag.* 161. ad *Pontij* argumentum, *Quod matrimonium*
quamuis contractus quidam ſit ſubiectus etiam Principi Sæculari , *at-*
99 *tamen per Chriſti inſtitutionem, eſt eleuatum ad rationem Sacramen-*
ti , itaque res ſacra eſt . Ergo non ſubditur ex eo tempore poteſtati
Principis Sæcularis etiam fidelis, Reſpondes : hoc argumenti ge-
nus probaret Putealem , & Fluuialem aquam ex quo tempore
per Chriſti inſtitutionem eleuata reperitur ad rationem Sacra-
menti ; non ſubdi amplius poteſtati Principis Sæcularis , quo
nihil abſurdius . Quam vero fallax ſit tuum ratiocinium, patet
100 cum non diſtinguas aquam, ab aqua. Aqua etenim ſolum per
Chriſti inſtitutionem eleuata dici poteſt ad eſſe Sacramenti ac-
cedente forma . Nam vt ait *Apoſtolus* dele verbum , & quid eſt
aqua , niſi aqua ? Accedit verbum ad elementum , & fit Sacra-
mentum . Quamobrem negamus *Pontij* argumento etiam pro-
bari quod aqua fluminum , & puteorum non ſit ſub poteſtate

Principis Sæcularis, Noua quidem eſt inter Theologos *Launoi* tua aſsertio, Puteales, & Fluuiales aquas a Chriſto eleuatas ad rationem Sacramenti. Diſtingue inter materiam, ex qua fieri poteſt Sacramentum, & eleuationem ipſius materiæ ad eſse Sa-
101 cramenti. Chriſti inſtitutione omnis aqua elementaris eſt materia determinata ad Sacramentum baptiſmi non tamen inde ſequitur, quod aſseris, omnem aquam Fluuialem, & putealem eſse Chriſti inſtitutione eleuatam ad eſſe Sacramenti. In bona etenim Theologia, hoc nedum eſt falſum, ſed temerarium, cum aqua tunc duntaxat eleuata dici poſſit ad eſſe Sacramenti accedente forma determinata, alias ſi tua aſſertio procederet lotus in flumine abſque altera intentione, & verborum prolatione diceretur baptizatus, quod eſt ridiculum. Agnoſcas igitur equiuocum. Non aqua ex Chriſti inſtitutione eſt eleuata ad rationem Sacramenti, ſed deſignata pro materia apta ad conficiendum Sacramentum, ac proinde antequam per formam eleuetur ad eſſe Sacramenti, remanet ſub poteſtate Principis Sæcularis. Quod dicimus de aqua, procedit de qualibet alia re, cuius materia Sacramentum confici poteſt, nempe de Oleo antequam ſit eleuatum ad Sacramentum Criſmatis, Pane, & Vino antequam ex ipſis ſequatur tranſubſtantiatio in Corpus, & Sanguinem Chriſti.

Non negamus igitur Iuriſdictionem Principis Laici in ſuos ſubditos tam viros, quam mulieres, quorum corpora Chriſti inſtitutione fuerunt determinata pro materia apta ad conficiendum Sacramentum matrimonij Sed dicimus nullum ius competere Principi Laico in his quæ reſpiciunt ipſum matrimonij Sacramentum, quia inter fideles non datur legitimus contractus matrimonij, quod non ſit Sacramentum. Vnde ſequitur vti rem ſacram non ſubdi poteſtati Principis Sæcularis, quæ quidem ſequela apud Orthodoxos probatione non indiget. Hinc agnoſcas *Pontium* & verum Theologum, & verum iuris Canonici Profeſſorem agere, & ſi quæ ſunt Iuris prima principia non probet, cum illa negare ſit Theologiæ, & Iuris Canonici ſe ignarum fateri.

Pergis *Launoi* & *pag.* 162. vt Catholicam *Pontij* aſſertionem impugnes, negas hominem ordinatum, vel bona, conſecratione, aut donatione facta Eccleſiaſtica ſoluta remanere à iuriſdictione Principis Laici, & ais: *Deinde homo poſtquam ordinatus eſt Præsbyter, remanet Principi ſuo ſubiectus vt antea, tam quoad perſonam, quam quoad bona, niſi Princeps illum ab omni iuriſdictione*

ſua

Digitized by Google

ſua, ſi tamen id poſſit facere, immunem reddiderit. Quis talia ab vllo quamuis nefario hæretico vnquam audiuit. Audite qui *Launoi* fallacijs fidem præſtatis, contra ius Diuinum, Canonicum, & Ciuile, contra leges ipſas Ethnicorum, & contra quaſcumque Catholicorum Regnorum receptas conſuetudines, aſſerit *Launoius* Principes Laicos habere ius in Sacerdotes, ac ſi Sacerdotes non eſſent, & in res Sacras, Sanctas, & Religioſas, ac ſi religioſæ factæ non fuiſſent; ex vngue Leonem dignoſcite. Audi *Launoi* quę docent *Bartol. Salonius in* 2. 2. *D. Thom. q.* 67. *art.* 1. *contr.* 2. *concl.* 3. *Bannez* 2- 2. *qa.* 67. *art.* 1. *concl.* 4. Principes, & Iudices, qui contra iura Canonica, & Ciuilia trahunt Eccleſiaſticos ad ſua Tribunalia ſunt ſuſpecti de hæreſi lutera na. Eſt lutheranus error Clericos Principibus Sæcularibus ſubditos facere. Vnde *Iul. Thomaſius apud Bellameram conſ.* 50. *n.* 35. docet inquiri poſſe contra Iudicem Sæcularem violantem Iuriſdictionem Eccleſiæ tanquam ſuſpectum de fide. Quod & notant *Beltram de Gueuara in propugnat. libert. Eccleſ. aſſert.* 2. §. 2. *n.* 21. *Boſ. de iur. nat. & diui libert. Eccleſ. lib.* 5. *c.* 15. *Torreblanc. practicabil. iur. ſpiritual. lib.* 15. *c.* 4. *n.* 7. *Diana de Immunitate tract.* 2. Videte Principes. Attendite quibus principijs nouus veſtræ Iuriſdictionis defenſor pro vobis pugnet. Hæc ſatis ad ea, quæ
102 contra; *Pontium, Hurtadum, Dianam, & Franciſcum Syluium Theologum Duacenſem in comment. ad ſum. D. Thom.* habes *Launoi*, cum quæ dicis, a ratione diſtent, ſine Doctore, & Doctrina loquaris, quibuſque veteris momentis falſa ſint, vitijs que & fallacijs tua argumenta abundent, vt patet ex rationibus ſupra deductis; Neque eſt vt altius immorer confutando ea, quę habes *cap.* 10. *per tot pag.* 168. contra *Henricum Caniſium* qui in ſuis *Commentarijs de cauſis matrimonialibus* ſolidam Doctrinam exponens, Sacris Legibus innitens re bene perpenſa diſtinguens quid olim potuerint Principes Ethnici inferendis legibus in Matrimonium, quatenus contractus erat, a poteſtate Principum Laicorum in ipſum Matrimonij contractũ quatenus eſt Sacramentum, ita concludit *vbi de iure matrimonij contrahendi, vel diſtrahendi agitur nullus opinior interpretum eſt, qui Quæſtionem hanc ad Tribunal Sæculare referendam exiſtimet, vt vel hinc dicamus non immeritò eos Anathemate perſtringi a Concilio Tridentino, qui aſſerunt cauſas matrimoniales non ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos*. Non eſt inquam cur altius immorer in confutandis ijs, quæ habes contra Caniſium, quia cum quæ ipſe docet extare fatearis *pag.* 183. apud *Pontium, Hurtadum, Siluium, & Dianam* iam pa-

Digitized by Google

patet innania tua ad ipſos eſſe Commenta; nam quæ adducis ad Argumenta *Pontij* quem Iuris Principum in matrimonia præuerſorem mera impoſtura aſſeris, nullius eſſe roboris, impijs fallacijs fuiſſe compacta ſatis ſuperque res ipſa demonſtrat; & conſtat ex ſupra premiſſis in cap. 1. per totum.

103 Quinimo ad tot errores confutandos, quibus optima quoque in peruerſum mutare ſtudes maiora diſſerere ſuperfluum agnoſco, cum & inde Eccleſiaſtica in matrimonium firmetur poteſtas, vnde illam præuertere niteris. Tibi autem proprium agnoſcas, quod de *Caniſio* dicis *pag.* 173. *Conſilium* nimirum *malum ſemper fuit Conſultori peſſimum*. Non eſt neque erit inter Catholicos Principes qui falſa tua ſequatur Dogmata ſicque tuum conſilium vni tibi peſſimum ſemper erit. Agnoſce quantum laboraſti contra Eccleſiam, & quod contra dictum Chriſti a te ipſo recenſitum in principio tui Tractatus; *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*. Omnia facis Cæſaris, nihil Deo reddis. Et quæſo ſi vt contra ius Diuinum, & humanum, etiam Ciuile, aſſeris *pag.* 162. Sacerdotes ſunt Principi Sæculari ſubiecti vt antea, tam quoad perſonam, quam quoad bona, ſi res Sacræ, Sanctæ, & Religioſæ Iuriſdictioni Principis Laici ſubordinatæ remanent, ac ſi Sacræ, vel Eccleſiæ donatæ non eſſent; & conſequenter ſi omnia ſecundum te ſunt Cæſaris, quæ erunt Dei? Qui omnia Cæſari tribuit, nihil Deo, iam fatetur ſe nihil cum Deo habere commune.

Agnoſce quod qui matrimonium Eccleſiaſticæ poteſtati, non
104 Laicali ſubditum docent vti Sacramentum, non a coniunctis philoſophantur ad diuiſa, vt tu *pag.* 169. imputas *Caniſio*, quia apud fideles non datur legitimum matrimonium diuiſum a Sacramento, & in hoc conueniunt omnes Theologi, adeout ſimplex ratio Ciuilis contractus in matrimonio, ſolum conſiderati poſſit reſpectu matrimonij inter infideles, quod ideo Ciuili Magiſtratui ſubordinatum fatemur. A Coniunctis ad diuiſa tunc philoſophari dicere poſſes, ſi quis diceret, quia matrimonij cognitio quatenus Sacramentum eſt pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, ad ipſum quoque pertinere debet cognitio matrimonij quatenus eſt ſimplex contractus, nullam habens rationem Sacramenti, quod negamus relinquentes Principibus Sæcularibus leges inſtituere ipſa matrimonia, quatenus non egrediuntur fines Ciuilis contractus, impedientia, & dirimentia. Prout aſſerimus falſum eſſe quod quidquam diſponere valeant, quoad matrimonium, quatenus eſt Sacramentum, & ſi quæ reperiuntur

leges

leges a Catholicis Principibus in hac parte editæ, latæ fuerunt cum ſubordinatione ad poteſtatem Eccleſiaſticam. Et quidem antiquiſſimos Pontifices, vſque ad illos qui tempore Caroli Magni, Gothorum, & Longobardorum. Eccleſiam adminiſtrarunt, reſpondiſſe ſemper de cauſis matrimonialibus & ſuper his vti Legislatores decreta edidiſſe patet *ex D. Paulo primo Corinth. 7. & ex Can. apoſt. 5. ex cap. de propinquis cap. quo propriam 35. qu. 2. can. conſanguineos 35. qu. 6. can. præsbyter diſt. 28 can. de his 31. qu. 1. can. aliter 3. qu. 5.* Quibus adde tot Decretales in corpore Iuris relatas. Neue de plena iuriſdictione. Principis Eccleſiaſtici in matrimonia hæſitandi amplius locus remaneret; Regiam poteſtatem in hac parte ſuſcitantes hæretici cum agnoſcerent futilem propoſitionem aſſerere reſpectu matrimonij, quatenus eſt Sacramentum, apparenti principio inſurgere cœperunt diſtinguentes etiam in matrimonio fidelium rationem contractus, a ratione Sacramenti, & conſequenter diſtinguentes, quod diſtinctionem non admittit, vt optimè probat *Bellarminus*. Vnde Sacrum Tridentinum Concilium Anathema declarat, qui cauſas matrimoniales ad Iudices Eccleſiaſticos non ſpectare dixerit, in quod Anathema vtrum tu *Launoi* incideris te ipſum iudica, & ſcias vt pluribus erudite probat *Caniſius*, vnoque ore cum Canoniſtis docent Theologi nec non Catholicæ Eccleſiæ traditione confirmatur, quod poteſtas Imperatorum Ethnicorum ideo ſe etiam ad matrimonia extendebat, quia matrimonium apud ipſos non niſi contractus Ciuilis erat, cum vero apud Chriſtianos, Chriſti inſtitutione matrimonium ſit Sacramentum, ad Tribunal Eccleſiaſticum tranſlatum remanet, quoquidem imminuta non nihil remanſit poteſtas ſucceſſorum reſpectu anteceſſorum, hi ſiquidem habuerunt aliquid Iuris in contractum matrimonij, in quem poſterioribus propter Sacramentum nihil relictum eſt. Duas etenim poteſtates Chriſtianam Fidem, & Religionem complectere nulli Catholicorum ignotum puto, harum vero alteram eſſe Eccleſiaſticam, Politica alteram, tum Sacra tum Cæſarea documenta affirmant, vt patet ex late deductis ſupra in cap. 1. Neque eſt inter Hæterodoxos ne dicam inter Orthodoxos, qui hoc veritatis principium impugnet. Quamobrem cum poteſtas politica rebus profanis, & Ciuilibus præſit. Eccleſiaſtica vero Sacris, & Spiritualibus, Neceſſariò ſequitur, quod Chriſti inſtitutione in ſpiritualium claſſem relata deſinant a poteſtate Ciuili, & in Eccleſiaſticam tranſeant, quod negare, eſt

eſt non ſine impię temeritatis nota Diuini, Gentium, Eccleſiaſtici, & Ciuilis Iuris principia funditus euertere, & iuriſdictionem cum iuriſdictione confundere.

Laboras *Launoi in cap.* 11. *pag.* 183. vt retractes eruditiſſi-
105 morum Doctorum dicta qui matrimonium, & in veteri lege fuiſſe Sacramentum aſſerunt. Verborum tamen corticem attendere non debuiſſes, vt dignoſceres quodnam ſit ipſorum Iudicium. Hoc equidem caſu non ipſos, vt ſupponis, ex ipſis ſuis principijs, redargueres, non redarguendo in caſsum inſudaſſes, neque in *Bellarmini* tutiſſimam Doctrinam, & eruditiſſimas concluſiones mordacitatis iacula euomeres, prout facis *pag.* 193. ibi: *Porro autem Bellarminus non videtur ſatis verſatum fuiſſe in traditione, quæ Sacramenti matrimonij Doctrinam complectitur*. Quid tu cum Bellarmino cuius doctrina, quantæ eſt apud Catholicos exiſtimationis, tantæ etiam eſt apud hæreticos intollerabilis confuſionis? In Eccleſiaſticis, Sacriſque Controuerſijs Dei Eccleſiam virum *Bellarmino* æqualem non habuiſſe dicere Iure poſſumus, tu vero quoties de *Bellarmino* loqueris quaſi Canis ipſum laceras; Prauam tuam improbo, de doctiſſimo *Bellarmino* notam; Et vtinam eius doctrinam perpendendo, veritatis lumen agnouiſſes.

Cap. 12. *pag.* 195. retractare niteris eorundem Theologorum
106 dicta, quorum iudicia in principio Tractatus ad tuum Thema recenſita propoſuiſti, ſed peto, ſi vt probare ſtuduiſti per ſexdecim capita articuli primi, falſis momentis vtens, illorum ſenſum peruertens, mendosè loquens, vitiosè diſſerens, ipſi ius Regium in matrimonia confirmant; Quare eorum dicta retractas? Si a Principum partibus ſtant; Quare eorum dicta vti inconſiderata reſpuis, & ipſos modo tuæ ſententiæ anteſignanos oſtentas, modo vti inconſideratos impugnas; Vix fieri poſſe arbitror, quod inter Scriptores ſimilis tibi alter reperiatur, qui modo multorum Auctorum doctrinam ad ſuum Thema probandum referat, modo ipſammet vti ſui Themati contrariam retractet. In hæc vt plurimum incidit, qui benè non legit, vel quod legit non intelligit; Miror equidem quomodo doctrinam, quam modo impugnas, tuę aſſertioni fauentem expoſueris. Non quod facile dicitur, facile explicatur. Si tu *Launoi* Sacras literas, Sacrorum Conciliorum Canones, Sanctorum Patrum dicta, Eccleſiaſticarum Sanctionum Decreta, Ciuiles Leges, Orthodoxorum Theologorum, & Canoniſtarum documenta, diligenter peruoluiſſes, & non ab Heterodo-

xis

Digitized by Google

xis Auctoribus adulterata ipſorum fragmenta emendicaſſes, ſed
omnia attente perſpexiſſes,& à proprio fonte exhauriuiſſes,non
in tot profectò errores incidiſſes . Redderes quæ ſunt Cæſaris
Cæſari,& quæ ſunt Dei Deo:Ius Eccleſiæ in matrimonium qua-
tenus Sacramentum eſt agnouiſſes. Non denique in tam impro-
107 bam doctrinam deſcendiſſes, neque in illam tam abſurdam
aſſertionem irruiſſes *Quod reſeruatio poteſtatis facta ab Eccleſia
reſpectu matrimonij non poſſit à latrocinio defendi* . Quod dictum ,
à quo proſtitutus quilibet Hæreticus abhorreret , habes cum
alijs non inferioris notæ *d.cap.*12. Signanter. *pag.*209. Vbi reſ-
pondes *Franciſco de Amicis* dum inquit : *Præterea neſcire me fa-
teor vtrum Amicus poſſet reſeruationem huiuſmodi à lat ocinio de-
fendere* . Tu *Launoi* latrocinium committis, dum falſis ſuppoſi-
tis,fallacibus Argumentis Eccleſiæ furari niteris quod eſt iuri ;
Eccleſiaſtici,& ineptè loquens, Ethnicorum Regum tempora à
Catholicis tẽporibus nõ diſtinguis;proinde Ius,quod Reges ha-
buerunt ab initio in matrimonium , hoc idem ipſis competere
concludis in fine *dicti cap.*12.*pag.*212. Sed vt id, quod ſentio in-
108 genue fatear , vel tu non diſtinguis Matrimonium quatenus
Sacramentum , à matrimonio quatenus non excedit fines ſim-
plicis contractus ; Et hoc caſu priuſquam loquereris , ne in
tot errores impingeres diſtinctionem hanc ediſcere debuiſſes .
Vel hac diſtinctione præpoſita Matrimonium inter fideles in
quo Sacramentum non diſtinguitur à legitimo contractu Ciui-
lis Magiſtratus iuriſdictioni ſubditum aſſeris , & hoc caſu tuam
doctrinam deteſtor ; Vellem quidem aliter loqui , ſed non poſ-
ſum . Agitur Regum , & Principum cauſa,quos cum Deus Ec-
cleſiæ defenſores conſtituerit , Tu ipſos vis Inuaſores ; Agitur
cauſa Eccleſiæ , cui diuina inſtitutione reſeruatum eſt priuatiuè
quoad omnes de rebus Sacris iudicare . Hoc eſt Catholicę fidei
principium ab omnibus Orthodoxis Scriptoribus ; te excepto ,
vna voce confirmatum . Si matrimonium Sacramentum dicis
iuri itidem Eccleſiæ ſubordinatum, à Ciuili iuriſdictione diſtin-
ctum fateri, & agnoſcere debes . Scimus Ciuiles prodijſſe leges
conſobrinarum Nuptias vetantes , & Conſanguinitatis , nec
non alia impedimenta promulgantes . Non tamen inde ſequi-
tur poteſtatem inſtituendi leges matrimonium dirimentes pen-
dere à Magiſtratu Ciuili . Non enim quærimus . Quid Prin-
109 cipes olim fecerint . Sed in ea quæſtione verſamur , quid ho-
die de iure poſſint Principes , quoad matrimonia inter fideles .
Soluta autem confeſtim remanet inſpecta correctione à Iure

Canonico facta, de quibuſque Ciuilibus legibus, vt ſigillatim patet ex not. in cap. 1. Adeout non attendatur in materia Matrimonij diſpoſitio iuris Ciuilis, niſi in quantum famulatur ordinationi Eccleſię. Neque ex hoc quod Eccleſia quaſdam Ciuiles conſtitutiones in aliquibus approbauerit, id Principum auctoritate factum cenſeri poteſt, ſed benigna ipſiuſmet Eccleſiæ iuriſdictione, quæ ipſas à Chriſtianis moribus non repugnantes recepit, eiſque vim legis tribuit. Lex equidem nulla dari poteſt dirimens matrimonium quatenus Sacramentum eſt, niſi ab auctoritate Eccleſiæ promanet, cui de rebus Sacris iudicare reſeruatum eſt, vt diſerte patet *ex ſup. not.*

Cap. 1. *pag.* 262. probare niteris, quod non expedit Sacerdotio, vt Regnum iure ſtatuendi impedimenta matrimonium di-
110 rimentia ſpoliet. Quæ quidem aſſertio eadem ac cæteræ infirmitate laborat, cum non entis nullæ ſint qualitates, nec detur ſpolium vbi non probatur poſſeſſio. Nullo autem iure conſtat Principibus laicis permiſſum in matrimonium, quatenus Sacramentum eſt, leges ferre, ſed in matrimonium leges ferre ipſo iure poteſtati Eccleſie reſeruatum docent Sacrorum Conciliorum Canones, Apoſtolica, & Pontificia decreta, tum ſacra, tum profana hiſtorica documenta, quibus conſtat ipſoſmet Catholicos Reges non Ciuiles, ſed Eccleſiaſticas ſanctiones in matrimonijs contrahendis attendiſſe, & tunc ſolum ſublatis impedimentis per leges Eccleſiaſticas impoſitis, à Romano Pontifice diſpenſatione prius obtenta, matrimonia contraxiſſe. Vt conſtat ex traditis ſupra *c.* 1.

Repetere Vereor nugas, atque mendacia, quibus Tridentinæ Synodi Canones cum tuis falſis aſſertionibus conciliare ſtudes *cap.* 4. *per totum pag.* 291. Nihil etiam facio fallaces inſtantias, & innania argumenta, quibus ius Regium in matrimonia probare contendis *cap.* 2. *&* 3. *per totum pag.* 268. *vſque ad* 291. Neque eſt cur immorer in confutanda explicatione qua *cap.* 5. *per totum pag.* 297. *& ſequenti* in ſenſum tuis aſſertionibus com-
111 modum Sacri Tridentini Concilij decreta in *c.* 1. *&* 9. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, pertrahere ſtudes. Verſamur etenim in claris, nec mirum ſi tu in tenebris deambules cum *Paulum ſuaue* ſequaris.

112 Pari itidem temeritate laborat aſſertio, quæ habetur *pag.* 302. vbi non ſine cenſura euadere ſinis Patres Tridentini, quod iuriſdictione ſęcularis Principis non petierint legem, qua Clandeſtina matrimonia redderentur caſſa, & irrita, quaſi Tri-
denti-

Digitized by Google

dentinum Concilium huius legis ferendæ pro abrogatione Clandeſtini matrimonij auctoritatem non habuiſſet. Tuæ aſſertionis temeritatem confundat factum ipſum Henrici III. Galliarum Regis, qui agnoſcens ſua Regna Clandeſtinorum
113 matrimoniorum incommoda frequentius, & nocentius pati, non pro ipſis abrogandis legem tulit, ſed per ſuos Oratores die 24. Iulij à Concilio Tridentino ſolemniter petijt, vt Clan-
114 deſtina matrimonia in poſterum decernerentur irrita, vt diſerte colligitur ex *Pallauic. Hiſt. Concil. lib. 22. cap. 1. num. 16. & 17.*
115 Somnias *Launoi*, dum aſſeris *cap. 6, pag.* 305. diſciplinam Ciuilium legum circa matrimonia poſt Annum Christi milleſimū paulatim in deſuetudinem abijſſe. Quæ dicis de confictis à *Burcardo, Iuone, & Gratiano* Sacrorum Conciliorum Canonibus, & Pontificum decretis, non altera quam tua auctoritate probas. Neque in his impugnandis immorabor, cum hiſtorica ipſa documenta tua ſomnia excludant.

Falſum eſt quod aſſeris *pag.* 309. ibi: *ſed Annis ab hinc*
116 *centum plus minus noſtra Gallia antiquam Ciuilium legum diſciplinam pedetentim reaſſumpſit, atque ita vt pleriſque in locis, & maxime Lutetiæ matrimonium nullum tum demum cenſeatur illegitimum, ideſt contra leges initum, quod Regia poteſtas, vel Regiæ poteſtatis adminiſtri tale non iudicent. Præterea qua olim iure Principes ſupremi erga ſubditos omnes ſuos vtebantur, eoque & nunc Rex erga eos vtitur, qui in Regno ſuo ſeorſum à Catholicis per Religionem ſentiunt, hos enim vbi neceſſe eſt cognationis legibus ſoluit permittitque vt iuſtæ conſobrinos inter & Conſobrinas nuptiæ contrahantur.* Epiſcopi etenim in Gallia cognoſcunt priuatiuè de matrimonijs catholicorum: Magiſtratus vero Ciuilis ſolum iudicat de matrimonijs infidelium. Fideles itidem in Gallia in gradu ab Eccleſia prohibito, vt matrimonia contrahant ad ſedem Apoſtolicam pro diſpenſatione confugiunt. Hæc eſt inconcuſſa Catholicæ Galliæ praxis, totiuſque orbis Orthodoxi, quam cum negas, Solem in Meridie negas.

In ſecunda parte Tui Tractatus, quam inſcribis *Vſus Regiæ in matrimonium poteſtatis apud Gallos à pag.* 311. Ius Regium in conſtituendis impedimentis matrimonium dirimentibus proponis, quod conſuetudine, ſcriptiſque legibus inducere ſtudes, & materia per diuerſos articulos diſtributa à Theologia, à Canone, ad Hiſtoriam reuocas. Caue tamen ne te in Hiſtoria abſimilem inueniam ab eo, quod in Theologia ſacriſque Canonibus fuiſti. Libenter ergo in hiſtoriarum campo tecum deſcen-

Digitized by Google

do, vbi rebus addictus ſeruio factis, & rerum geſtarum notitiam in antiquioris ætatis ruderibus ſepultam indagare ſtudeo, vt veritatis curam quam maximam geram. Priſcorum igitur monimenta diſquiramus, & à te de his allata exempla expendamus, quæ quidem ſi attento oculo peruoluiſſes, nunquam de iure Regio in matrimonium fidelium cogitaſſes.

117 Aſſeris primo *pag. 312. ex vita Sanctæ Godebertæ, quod parentes eius cum eſſent Regis beneficiarij non audebant inconſulto Rege cuique eam in matrimonio collocare* Hoc poſito infers ius Regium in conſtituendis impedimentis matrimonium dirimentibus. Sed futilis tuæ illationis vanitas eſt clara, cum quod à Godebertæ Parentibus vti Regis beneficiarijs ex reuerentia factum inueniſti, vti neceſſarium Iuris fundamentum adducas.

118 Aſſeris ſecundo *pag. 313.* ex vita *Sanctæ Salabergæ tom. 1. Hiſtoria Francorum, quod ipſa non ſponte quia iamdudum ſe diuinis præceptis implicare vouerat, licet inuitis parentibus, Regio tamen iuſſu ob liberorum procurandorum cauſam virum ad ſuum adſciuerit coniugium.* Ex hoc infers ius Regium in matrimonijs impediendis, & dicis eandem eſſe rationem matrimonia impediendi, & dirimendi, quæ ad ea cogendi. Ineptum profecto deſumptum.

Aſſeris *pag. 313. ex Greg. Turon. lib. 5. hiſt. cap. 11.* quod
119 Chilpericus Rex, Merouei eius filij cum Brunechilde Regina matrimonium diſoluit; ſed non Iure Regio hoc factum diceres, ſi facti hiſtoriam attentè perpendiſſes. Meroueus Brunechildem ſibi in matrimonium ſociauerat. Hoc autem Chilpericus, Merouei pater, non quia contra Iura Regni factum diſſoluit, ſed vt ait *Greg. Turon.* in loco a te relato ibi: *quod contra fas, legemque Canonicam Vxorem patrui Sigiberti accepiſſet.* Vnde patet cauſam diſſolutionis matrimonij, non fuiſſe attentatum in ius Regium, ſed inceſtas nuptias contra ius Canonicum contractas. Vide *Baron.* & poſt ipſum *Spond. Ann.* 579.
120 *num. 4. & 580. num. 1.* Et agnoſces Meroueum vti Iuris Eccleſiaſtici Tranſgreſſorem in iram Chilperici Patris, & Dei incidiſſe. Nam vt teſtatur *Greg. Turon. Hiſt. Franc. lib. 5. cap. 18:* Meroueus ſpontanea nece defunctus fuit id ipſo expoſcente a Gaileno familiari, ne in manus inimicorum veniret.

121 Quod *Hiſtoralda*, vt aſſeris *pag. 314.* ex vita S. Vulmari, iuſſu Clotarij Regis ſecundo viro relicto ad primum redierit. Ius Regium in matrimonijs diſſoluendis deſumis. Falleris tamen. Quinimò Clotarium Regem Eccleſiaſticarum ſanctionum executorem pijſſimum agnoſcere debuiſſes, quod Hiſtoral-

ral-

raldam diſcedere a ſecundo viro, cum quo illegitimum matrimonium contraxerat, & ad primum redire iuſſerit.

Ex Conſtitutione Clotarij Regis prohibentis matrimonium
122 expetere cum Vidua, aut Puella, contra ipſarum voluntatem; Nec non matrimonium cum ſanctimoniali. Infers ius Regium in matrimonijs diſſoluendis; ſed quid quæſo com-
123 mune habet legem ferre contra raptores, & violatores ſanctionialium cum màtrimonio? Quin imo ex Decretis Pariſienſis, & Turonenſis Concilij II. quorum Canones refers *pag.* 315. quomodo non aduertis Galliæ Præſules nullius roboris Regiam conſtitutionem agnoſcentes, reſpectu diſſolutionis matrimonij, Eccleſiaſticam legem promulgaſſe addita anathematis pœna contra attentantes.

124 Conſanguinitatis impedimentum, quod a *Concilio Lugdunenſi* 1. vindicatum refers *pag.* 316. apertè demonſtrat, non Iure Regio, ſed Eccleſiaſtico matrimonia eſſe diſſoluenda, & peccantes in contrahendo, ab Eccleſia puniendos eſſe, dummodo non verſemur in his, quæ ſunt mixti fori, in quibus eſt locus præuentioni, alias non a Concilio, ſed a Rege Inceſtuoſi Sponſi
125 mulctati fuiſſent. Promulgati in *Vermerienſi*, & *Compendienſi Concilio* Canones de iuſtis cauſis diuortij inter virum, & vxorem, quos refers *cap.* 1. *per tot pag.* 317. tuum Thema infirmant, probant enim Ciuiles Iuſtiniani Leges nullam vim ſibi vindicare in matrimonijs, & de ipſis iudicare ad Eccleſiam pertinere, neque ex hoc, quod in præfatis Canonibus vetita, legibus quoque promulgata reperiantur, bene deducitur Ius Regium, quia ſi Regij Iuris eſſet de matrimonijs iudicare, nouas leges S. Concilia non promulgaſſent.

126 Nihil probat, quod aſſeris *pag.* 318 de recepto repudij libello ſub Carolo Magno inter Chriſtianos, vt Regiam in matrimonium poteſtatem probes. Nam præter quam quod, non quæ facta ſunt, ſed quæ Iure facta ſunt perpendi debent. Et abrogata repudij licentia per ius Eccleſiaſticum ſatis confirmat non Iure Regio, ſed Eccleſiaſtico matrimoniales cauſas eſſe pertractandas. Iuncto etiam quod confundis *Launoi* repudium cum diuortio, & quod inter *Iuſtiniani Nouellas* ſolum de iuſtis diuortiorum cauſis lex habetur, quæ non reſpicit matrimonij diſſolutionem, vt lex repudij, ſed ſeparationem duntaxat quoad Thorum, quæ & nihilominus Ciuilis Iuſtiniani Lex non attenditur inter fideles, vbi de cauſis diuortij agitur, ſed ſecundum Canones a Iudice Eccleſiaſtico diuortij cauſæ iudican-

Digitized by Google

cantur. Non hæc profectò præmiſiſſes, ſi de Caroli Magni matrimonio, atque repudio hiſtoriam peruoluiſſes, vt enim ex *Aim. Annal. Franc. lib. 4. cap. 68. Engin. in Vit. Carol. Magn.* poſt *Baron.* teſtatur *Spondan. Annal. Eccleſ. Ann. 770. num. 2.* Connubium pertractari intelligens *Stephanus* Papa huius nominis IV. inter Carolum Magnum, & Bertam filiam Deſiderij Longobardorum Regis, ſcripta ad ipſum Carolum, eiuſque fratrem Corolomannum epiſtola, quam prius antiquo ritu, in confeſſione B. Petri poſuit, & ſacrificium Deo ſuper eam obtulit, ne id fieret, in terminatione excommunicationis admonuit, tum quia iam ijdem ab eorum patre alijs nobiliſſimarum fœminarum Francarum *Nuptijs* obligati eſſent, tum etiam ne præclara Francorum gens, perfida, ac fætentiſſima Longobardorum gente pollueretur, a qua Leproſorum genus originem duceret. Vnde vt habent Francicarum Rerum Scriptores, & ex ipſis notat Spond. *Anno* 771. Carolus Magnus Bertam repudians Patri remiſſit, & Heildegardem de gente Sueuorum, præcipuæ nobilitatis, ac pietatis fœminam in matrimonium accepit. De repudio autem Bertæ a Carolo Rege facto poſt *Baron.* loquens *Spond. dicto Anno* 771. *num* 3. hæc tradit. *Quod autem ad diuortium cum Berta ſpectat; eius quidem Monachus Sangallenſis in duobus libris rerum geſtarum Caroli Magni cauſam affert, quod Berta eſſet Chinica ideſt morboſa, & ad propagandam prolem inhabilis ideoque iudicio Epiſcoporum eam relictam ab illo eſſe velut mortuam. Porro vt iſta Epiſcopi illi decreuerint, hæc oportuit concuriſſe, nimirum quod reddita eſſet ex morbo penitus impotens ad concubitum, & hoc impedimentum iam fuiſſet ante contractum matrimonium. Ita quidem ex ſententia Iuris Canonici Conſultorum: quæ obſeruata tunc eſſe, licet de Sanctiſſimis Epiſcopis, & de Rege Chriſtianiſſimo opinari. Niſi etiam dixerimus cauſam diuortij, ea interceſſiſſe, quod Stephanus Papa, vt vidimus ſub Anathemate monuiſſet, ne Carolus cum ea matrimonio iungeretur, eo quod iam alijs legitimis nuptijs a patre copulatus fuiſſet. Porrò quod huiuſmodi Cauſæ non omnibus paterent, nonnulli pij viri haud leue paſſi ſunt ſcandalum cum ſic repudiatam vnam, & aliam ductam viderunt a Carolo, contradicentibus legibus Eccleſiaſticis, inter quos Adelhardus ipſius Caroli conſobrinus, ea ocaſione ſe ab eiuſdem Palatio abdicauit, ac monaſticum inſtitutum amplectens mira claruit ſanctitate.* Vide ergo Launoi vtrum ex Caroli Regis Repudio ius Regium, vel Eccleſiaſticum in matrimonio probatum remaneat.

Ex

Ex edictis *Caroli Magni* circa matrimonium, deſumptis *ex*
127 *lib.* 5. *Capitularium*, quæ recenſes *a.* 3. *per tot. à pag.* 328. Regiam in matrimonium poteſtatem aſſeris. Vnde autem tale argumentum deſumere poſſis, non bene percipio, cum ex ipſis verbis *Capitularium Caroli* ſatis apertè conſtet, nil ipſum contra Sacrorum Canonum ſanctiones, decreuiſſe, & matrimonialium Cauſarum cognitionem ſpectare ad Iudicium Eccleſiæ.

Quod etenim decretum habetur *d. lib.* 5. *Capitularium num.* 5. Ideò Carolus edixit, quia *Gregorius* Papa taliter ſenſit vt ex litera ex te ipſo deſumpta patet ibi: *Si quis filiaſtrum, aut filiaſtram ſuam ante Epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab vxore ſua, & alteram non accipiat ſimiliter, & mulier alterum non accipiat Gregorius ſenſit.* Gregorium verò Papam, ne cum hæterodoxis Romanæ duntaxat Prouinciæ Epiſcopum dicas, ſed Epiſcoporum Epiſcopum, & vniuerſalis Eccleſiæ Caput ac Chriſti Vicarium agnoſcas.

Item quæ habentur *pag.* 329. *num.* 6. *&* 7. demonſtrant Caroli edicta promulgata fuiſſe ad confirmandas *Gregorij Papæ* Sanctiones, & prohibitiones Sacrorum Canonum roborandas temporalibus pœnis, quod ſatis ad literam conuincunt verba Decreti à te ipſo recenſita *nu.* 7. in fine ibi: *De reliquis vero propinquis iuxta conſtituta SS. Patrum, & iuxta decreta Canonum iudicetur.* Nec non apertè colligitur ex verbis aliorum Decretorum *ſub num.* 308. *&* 309. a te ipſo relatis *pag.* 331. ibi: *Vt deinceps, ſicut Canones Eccleſiaſtici prohibent, nullus Deo Deuotam Virginem* & ibi: *Præcipimus vt iuxta decreta Canonum, adulteria, & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima prohibeantur, & Epiſcoporum Iudicio condemnentur.*

Ex decretis itidem Caroli Magni *lib.* 7. *Capitularium*, quæ tu recenſes *pag.* 332. *ex n.* 185. *&* 335. eiuſdem, ad literam patet Carolum non niſi ad coroborandas Eccleſiaſticas Sanctiones leges circa matrimonium edidiſſe, & voluiſſe ſua decreta, & Regios Miniſtros in hac parte legibus, & Iudicibus Eccleſiaſticis famulari, temporalis pœnæ diſtrictione ſontes, & contumaces compeſcendo. Hæc ſunt verba Caroli, quæ habes *pag.* 332. *lib.* 7. *num.* 185. Capitularium ibi: *Vt inceſtum nullum ſibi vnquam ſociet coniugium: quod ſi contingerit, ab Epiſcopo loci illius ſeparentur, & publicam ſeptem Annorum iuxta Canonicos gradus agant pænitentiam* & *num.* 335. ibi: *Nullus fidelium vſque affinitatis lineam, id eſt vſque in ſeptimam progeniem Conſanguineam ſuam ducat vxorem, vel eam quoquo modo inceſti macula polluat ſi*

quis

Digitized by Google

quis vero hoc ſcienter temerare præſumpſerit, ſi liber eſt bannum noſtrum ideſt 60. ſolidos, fiſco noſtro perſoluat, & inſuper Canonicè, vt inceſtus luat, ac publicè iuxta Canonicos gradus peniteat &c. Quod ſi aliquis tam liber, quam ſeruus, aut Eccleſiaſticus proprio Epiſcopo inobediens, vel contumax ſiue de hoc, ſiue de alio qualibet ſcelere extiterit, omnes res eius à comite & à miſſo Epiſcopi ei contendantur, vſque dum ſuo Epiſcopo obediat, aut Canonicè pæniteat. Quod ſi nec ſe ita correxit, & ad Epiſcopum, & ad Canonicam pænitentiam venire diſtulerit, a Comite comprehendatur, & in carcerem ſub magna ærumna retruſus teneatur, nec rerum ſuarum poteſtatem habeat quouſque Epiſcopus iuſſerit.

Quod ſi Comes, vel eius Miniſtri hæc adimplere diſtulerint, Canonicè ab Epiſcopo, vel à ſuo Miniſtro excommunicetur, & vſque dum hæc pleniter adimpleat, ſemper communione Catholicorum caveat, vſque dum ipſi Epiſcopo humanius erga eum aliquid agere placuerit. Si vero quod non optamus ipſe Comes, aut de prædictis, aut de ipſa excommunicatione inobediens, aut negligens apparuerit, honore Comitatus pariter, & comunione careat, vſque dum ambo in noſtram præſentiam veniant, vt nos illum Epiſcopali auctoritate, Imperiali metu ita corrigamus, vt cæteri timorem habeant, ne deinceps commitere illate ius audeant.

Nonne harum editionum litera declarat, leges in matrimonium a *Carolo Magno* latas fuiſſe ad obſeruantiam eorum, quæ à S. Concilijs, SS. Patribus Romanorum Pontificum Decretis ſancita reperiebantur? Non ne apertè confirmat, Carolum Magnum Iudicio Epiſcoporum matrimonij ſeparationem reliquiſſe? Nonne ad literam explicat Imperiales Leges, non ad Principum iuriſdictionem in cauſis matrimonialibus deſignandam latas fuiſſe, ſed ad metum irrogandum intranſgreſſores Eccleſiaſticarum ſanctionum. Quantum etenim poteſtatis ſit in Regibus vbi agitur de cauſa matrimoniali, deſignat *Carolus Magnus* ibi: *vſque dum ambo in noſtram præſentiam veniant, vt nos illum Epiſcopali auctoritate, Imperiali metu ita corrigamus.* Fatetur Imperator non niſi in eos, qui matrimonium in gradibus a Iure prohibitis contraxerunt, Epiſcopali auctoritate animaduerti poſſe, & Imperiales Leges non niſi ad metum fuiſſe latas, *Tu Launoi* ex re tam clara oppoſitum omnino argumentum deſſumis; Ius Regium in matrimonium probare contendis, vtque probes Imperialia decreta adducis, quibus tuum ipſum Thema deſtruitur. Miror quomodo quæ tranſcripſiſti, non melius conſideraueris, & pro certo ſi rem attentius perpen-

Digitized by Google

pendiſſes, hæc cum reliquis, quibus Eccleſiæ auctoritas ſine vlla hæſitatione comprobatur ſilentio præterijſſes. Omnemque
128 hæſitandi vmbram tollit *Anton. Auguſt. in Dialog. de emendat. Gratian. Dialog. 9. pag. 322.* vbi notat Capitularia Caroli Magni,& Ludouici Pij eius filij, atque Lotharij Ludouici filij, Caroli nepotis,auctoritate Apoſtolica confirmata fuiſſe, quod & teſtatur *Benedictus Leuita lib. 7. cap. 478. capitul.* Patet ex *cap. 78. Concil.* Meldenſ. ibi: *Vt capitula Eccleſiaſtica a Domino Carolo Magno Imperatore, nec non a Domino Ludouico Pio Auguſto promulgata obnixè obſeruari præcipiantur, ſicut & legalia obſeruanda eſſe noſcuntur.* Et *cap. 80.* ad Carolum Caluum Ludouici Pij filium ibi: *Capitula patris veſtri ſine refragatione de cætero conſeruentur ac capitulis veſtræ religionis ab exiguitatis noſtræ miniſterio oblatis hoc diploma ſi complacet adnectatur.* Et vt aduertit *Anton. Auguſt. de emend. Gratian. Dial. 10. pag. 323.* multa huius collectionis referuntur capita in *Concilijs Trosleaiano, Ticinenſi, & Colonienſi* ſub Carolo III. Leonis IV. ex epiſtola ad Lotharium Auguſtum verba referunt *Iuo lib. 2. tit. 12. cap 12. panor. & p. 4. capit. 176.. Gratianus diſtin. 10. capit. 9.* Non pauca item ex his capitularibus inueniuntur in *Concil. Maguntino, Pariſienſi Vormacienſi* & alijs, vtque notat idem *Anton.*
129 *Aug. d. Dial.* 10. fontem dictorum Capitularium fuerunt ipſa Concilia atque Conuentus in quibus Imperator cum Epiſcopis, & alijs Conſiliarijs de rebus tam Eccleſiaſticis quam profanis agebat. Sic in *Trosleiano* Concilio appellantur Conciliorum pediſequa hæc Capitularia Principum.

Miror etiam quomodo Capitularia Caroli Magni lata non conſideraueris ad politicam ſuorum ſubditorum conſeruationem, quos non te latere opinor, non omnes fuiſſe fideles, & ita ſique habentur diſpoticæ legis naturam præſeferentia, hæc non ad fidelium, ſed infidelium matrimonia referas, in quæ vt pote non excedentia fines puri contractus Regiæ leges plenum ius ſibi vindicant. Quod vero *Arelatenſis, Maguntiaca, Turonenſis & Cabilonenſis Synodi*, pro obſeruantia ſuorum Decretorum Imperialem Clementiam implorauerint, & humaniſſimis verbis eius brachium exorauerint, male infertur quod Imperiali auctoritate indiguerint, vtque tuum errorem agnoſcas, audi Carolum Magnum Imperatorem in verbis a te ipſo recenſitis ibi: *Epiſcopali auctoritate Imperiali metu ita corrigamus*. Vbi agitur de re ſpectante ad matrimonium, non Imperator ius ſibi ipſum dirimendi & ſeparandi vindicat. Sed hoc iudicio Epi-

ſcoporum relinquit, vt legitur in verbis a te met relatis *pag.* 532. ex *lib.* 7. *num.* 185. ibi: *Vt inceſtum nullum ſibi vnquam ſociet coniugium, quod ſi contingerit ab Epiſcopo loci illius ſeparentur.* Non edixit Imperator, Iudicio Imperatoris, vel Ciuilis Magiſtratus, ſed Epiſcopi ſeparandas eſſe inceſtuoſas Nuptias, prout transgreſſores Eccleſiaſticarum Sanctionum non edixit Imperiali auctoritate corrigendos eſſe, ſed Epiſcopali, cui Regias leges famulari debere declarat, metum incutiendo.

230 Hiſtoria contracti matrimonij inter Balduinum & Iudith filiam Caroli Calui, quam refers *cap.* 4. *per tot pag.* 555. vt inde Regiam in matrimonium poteſtatem afferas, ipſam deſtruit. Nam Carolus Caluus contra Balduinum, quod Iudith eius filiam ſibi in Vxorem furatus eſſet non Iure Regio proceſſit, ſed ad Epiſcoporum Iudicium recurſum habuit, quod conuincitur ex verbis ipſius Caroli a te ipſo relatis ibi: *Filiam noſtram Iudith viduam ſecundum leges diuinas & mundanas ſub tuitione Eccleſiaſtica, & Regio Mundeburdo conſtitutam Balduinus ſibi furatus eſt in vxorem, quem poſt legale Iudicium Epiſcopi Regni noſtri excommunicauerunt ſecundum ſacros Canones, & definitionem S. Gregorij Papæ, qui dicit. Si quis viduam furatus fuerit in vxorem & conſentientes ei anathema ſit.* Et ex his quæ refers ex *Flodoardo lib.* 3. *hiſt. Remenſis cap.* 12. ibi: *Vnde Rex Carolus Epiſcopos, ac cæteros Regni Primates conſulens poſt mundanæ legis iudicium Canonicam in iam dictum Balduinum, & Iudith ſecundum edicta Beati Gregorij depromi ſententiam fecit. Tu Launoi* Verba Caroli, & Flodoardi preuertens, dicis Balduinum peccaſſe contra leges Ciuiles & ſententiam in ipſum a ſæculi Iudicibus latam fuiſſe; vtrumque falſum, vt aperte conuincitur ex litera ipſa a te deſumpta; Male exponis verbum illud *Legale*, dum interpretaris *Ciuile*, quaſi quæ in foro Eccleſiaſtico fiunt legalia Iudicia dici non poſſint, Abſonum eſt a Canoniſtis, quam de recenti inauditam praxim ſomnias: Magiſtratum ſcilicet Ciuilem iudicium primo loco contra Balduinum feciſſe, & ſententiam in ipſum latam Epiſcopos anathematis pæna roboraſſe. In Balduinum etenim, vt pote qui contra legem Diuinam, & humanam peccauerat, Carolus Eccleſiaſticum iudicium mouit, vnde Epiſcopi iuxta deffinitionem *S. Gregorij* conſtito de furto *Iudith Viduæ* in vxorem; ad quod probandum legale iudicium requirebatur ipſum excommunicarunt, neque altera pæna *Balduinum* mulctatum fuiſſe Hiſtoricis monimentis apparet. Quodque ſententia per Epiſcopos lata fuerit, quamlibet hæſitationis vmbram

Digitized by Google

bram remouent verba ſupra relata ex *Flodoardo*. Dicas quæſo *Launoi*, qui a Magiſtratu Ciuili in hac cauſa Legale iudicium aſſeris matrimonij contractum dirimens; Vnde hoc, ſi a verbis *Caroli*, & *Flodoardi*, iam de manifeſto errore ex ipſis conuinctus remanes, cum iudicium de raptu Viduæ ad forum Eccleſiaſticum ab ipſo Rege deductum ex ipſis conſtet. Si alteram reconditam habes hiſtoriam in medium referas, & aduertas, ne dum Regium Ius dilatare intendis, Magiſtratus Regios de inepto iudicio condemnes, nam cum de *Balduini* delicto quoad raptum *Iudith* nulla eſſet controuerſia, ſi aduerſus *Balduinum* a ſæculi Iudicibus ſententia lata fuit; hæc vt iuſta dici poſſit pænam delicto parem includere debet, præter verò pænam anathematis, alteram in Balduinum inflictam non fuiſſe ſatis aperte colligitur ex epiſtolis *Nicolai Papæ* ad fauorem *Balduini* conſcriptis, quarum verba, tu ipſe refers ſub dicto *c. 4. pag. 337.* Quin Regem *Nicolai* præcibus victum vt Iudith Balduino nuberet, conceſſiſſe teſtatur *Hincmarus in Epiſt.* ad *Nicolaum* apud *Flodoardum* loco citato. Quod vero *Nicolaus* Papa non iuſſa Regi miſſerit pro Balduini matrimonio, ſed præces obtulerit: Tu *Launoi* argumentum, de Iure Regio in matrimonium infers, & his verbis, poſt altera innania commenta concludis. *Nouerat ſine dubio Pontifex, nouerant Epiſcopi Galliæ Chriſtum Principibus reliquiſſe auctoritatem ordinandi matrimonium*. Ignoras *Launoi* matrimonium cum rapta ab Eccleſia haberi pro irrito, quouſque de libero contrahentium conſenſu legitimè conſtet? Non ergo inſtauratum denuo inter Balduinum, & Iudith matrimonium dicas iuxtà leges ſæculi, ſed id factum agnoſcas iuxta ſacrorum Canonum, & Eccleſiæ ſanctiones, nam ſæculi legibus puniri reperimus raptores, non vero quicquam de noua coniugij inſtauratione inter ipſos diſponi, & quatenus aliquid diſpoſitum reperiretur, hoc non niſi infidelium matrimonia reſpiceret, cum vbi de matrimonio fidelium agitur etiam ipſimet Reges in cauſa propria ad iudicium Eccleſiæ confugere Hiſtoria Balduini apertè doceat.

131 Relatum Caroli Calui edictum *cap. 6. per tot. pag.* 341. & *cap. 8. per tot pag.* 347. vt regium in matrimonium a te aſſertum ius confirmes; ipſum infirmat, cum quod a Carolo in ipſo ſtatuitur, ſit in executionem legis Eccleſiaſticæ, vt ad literam deducitur ex verbis a te ipſo relatis ibi: *Illud coniugium quia non eſt legale, neque legitimum ſicut Leo in ſuis Decretis, & S. Gregorius in ſuis epiſtolis monſtrant, diſſoluatur*. Patet igitur

 non

Digitized by Google

non edicto Caroli indici matrimonij diſſolutioem, quatenus ipſum edictum Caroli eſt, & ſic à Regia auctoritate promanans; ſed quia tale coniugium ſecundum decreta *Leonis*, *&* *Gregorij Summorum Pontificum*, non erat Legale neque legitimum. Videas modo quo fundamento aſſeras, vt coniugium dicatur legale, & legitimum, ſecundum leges a Principibus latas eſſe contrahendum. Cum ipſe Carolus Rex explicet in ſuo edicto illud coniugium, non eſſe legale, neque legitimum, quod non eſt ſecundum *Leonis & S. Gregorij* leges. Non dixit Carolus, quia non eſt legale neque legitimum ſicut nos, & Ciuiles leges determinant, ſed ſicut *Leo in ſuis decretis*, *& Gregorius in ſuis epiſtolis* monſtrant.

Non immorabor in confutandis quæ refers *pag*. 342. *& c*. 7.
132 *per tot pag*. 345. ex hiſtoria Ludouici Balbi, quem obijſſe aſſeris duobus filijs relictis, *Ludouico* ſcilicet, & *Carolomanno* ex puella nomine *Auſgard* interdicta a Carolo patre ſuo, quia ſine conſilio ſuo vxorauit eam; deducens Iure Regio diſſolui liberorum matrimonia contra parentum conſenſum contracta, vt potè repugnantia Ciuilibus Legibus de quibus *in Tit. ff. de ritu Nuptiarum & C. de Nuptijs*. Ediſcere etenim debuiſſes Ius Ciuile in hac parte a Iure Canonico correctum fuiſſe, Tertul-
133 lianum verò Baſilium, & Ambroſium non deſiderare Parentum cõſenſum in matrimonio filiorum ex neceſſitate, ſed ex honeſtate In quibus terminis intelligẽda ſunt verba *Can*. 13. *Concil*. Carthag *Can*. 22. *Concil*. 4. *Aurelianenſis Can*. 6. *Concil*. 3. *Pariſienſis & can*. 10. *Concilij Toletani* 3. vt late patet ex ſupra not. in cap. 1. Quinimo ſi *Launoi Sigebertum* legiſſes, Auſgard concubinam, non legitimam vxorem inueniſſes.

Cap. 9. *pag*. 349. Ius Regium in impedimentis matrimonium
134 dirimentibus, & diuortijs a Concilijs Epiſcop. Galliæ agnoſci aſſeris. Quod vt probes Canonem refers *Concilij Moguntiaci*, & alterum *Arelat*. 6. quorum vterque regiam, a te ſuppoſitam in matrimonium poteſtatem deſtruit. Quod verba *can*. 56. *Concilij Moguntiaci Anno* 813. *celebrati*, ad literam demonſtrant, cum ibi inceſtæ coniunctiones anathematizentur, & dirimantur. Quod item patet ex verbis *can*. 11. *Concilij Arelat*. vbi diuerſæ inceſtarum coniuctionum ſpecies coniugij nomine priuantur. Hinc conſtat non niſi Iuris Eccleſiaſtici eſſe, leges ferre matrimonium dirimentes. Quod & euidenter probant illamet argumenta, quibus ad tui Thematis confirmationem vteris. Ita

enim

Digitized by Google

enim argumẽtaris *Launoi* Verba *Canonis* 56. *Concilij Maguntiaci*, & *Canonis* 11.*Concilij Arelatenſis* 6. deprõpta fuerũt ex Capitularibus Caroli Magni.Ergo impedimenta dirimentia in ipſis contenta,re ipſa ſunt IurisCiuilis.Ergo eſt Regũ exercere poteſtatẽ, inſtituendi leges matrimonium dirimentes. Tuum quoque argumentum confirmas ex verbis obſequij, & reuerentiæ, quibus Concilium Imperatorem alloquutus fuit in præfatione; Sed quam inanis ſit hic tuus diſſerendi modus, confeſtim colligitur. Primò quia vt tradit *Ant. Auguſt. de Emend. Grat. Dial.* 10.Capitularia Caroli Magni Auctoritate Apoſtolica confirmata fuerunt, & ſunt decretorum SS. Concil pediſequa, quæque in ipſis habentur ab illo ideo decreta fuiſſe conſtat, quia ita ſentiebat Eccleſia, & ita conſtituta Sanctorum Patrum, & decreta Sacrorum Canonum iudicabant. vt legitur *lib.* 5. *Capitularium nu.* 5. 6. & 7. & paſſim. Sed eſto quod vetita coniugia *per Moguntiacum*, & *Arelatenſe Concilium*, ante Concilij prohibitionem prius vetita reperiantur a Iure Ciuili, non ne hoc aperte demonſtrat defectum iuriſdictionis Ciuilis in matrimonium? Si enim Iuris Ciuilis, fuiſſet, vt ſupponis, leges matrimonia dirimentes ferre, non hoc ius profecto Concilium violaſſet; Neque violari permiſiſſet Imperator, quem multis obſequijs ipſa Concilia proſequuta fuiſse fateris. Quamobrem argumentum optime retorqueri poteſt. Neque eſt cur tantum laborares in repetendis quæ habet *Hinc marus* in *Opuſculo*, quod *de Lotarij*, & *Tetbergæ Reginæ* diuortio compoſuit, cum & hæc ipſa, vt ſupra oſtendimus expreſsè tuo Themati reſiſtant. Nec pluries ipſa repetijſses, ſi melius rei factum perpendiſses; Quod etenim Imperator proclamationem à Nothilde ad ipſum factam de quibuſdam inhoneſtis inter ſe, & virum ſuum, ad Synodum deſtinaſſet, vt inde Epiſcopalis auctoritas quid agendum eſſet decerneret, demonſtrat Imperatorem ipſum agnouiſſe, ſui iuris non eſſe de cauſis matrimonialibus cognoſcere. Quod verò Epiſcoporum congreſſus *Nortildis* quærelas ad laicorum Iudicium remiſſerit, patet, cauſam Iudicio laicorum terminatam, non eius fuiſſe generis, quod matrimonij eſſentiam reſpiceret; Quod vtique probant verba ipſa à te ex *Hinemaro* relata ibi: *Fęmina quadam nomine Northildis de quibuſdam inhoneſtis inter ſe, & virum ſuum ad Imperatorem publicè proclamauit.* Agnoſce tandem *Launoi* quantum à veritate diſtent, quæ huculque exponere non erubuiſti.

135 *In Romano Concilio Anno* 998. celebrato, Robertus Rex Galliæ quod Bertam eius conſanguineam in vxorem duxerit à

Grego-

Gregorio V. ſub pæna anathematis ipſam relinquere cogitur, necnon Turonenſis Archiepiſcopus, cum omnibus Epiſcopis, qui his inceſtis nuptijs interfuerunt à Sacroſancta communione ſuſpenſus fuit. Tu verò *cap.1.pag.* 352. hinc aſſerere non erubeſcis Romanum Concilium regiam in matrimonium poteſtatem cõfirmaſſe. Negas, quæ hac de re habẽtur ex *Petro Damiano* apud *Baronium*, & hiſtoricam veritatem impugnas. Vide quæ tradunt Galli ſcriptores, quæ notat *Spond. Annal. Eccl. ann.* 998. *n.* 1. Et hinc agnoſcas vt tenebras in meridie ſuadeas, negare Solem.

136 Vt vſu Ciuilium legum in dirimendis matrimonijs, regiã à te ſuppoſitam in matrimonium poteſtatem confirmes *cap.* 2. *pag.* 318. ad *Iuonem Carnotenſem* recurris, quem ſuo tempore communem Eccleſiarum magiſtrum agnoſcis; Et quoniam aſſeris, quod eius teſtimonium cæterorum teſtimonia ſupplebit, nolo profectò, vt ab eius teſtimonio diſcedamus.

Quæcumque habes ex *Iuone*, *qui in Decreti part.* 9. agens inter quas perſonas inceſta copulatio, inter quas legitimæ nuptiæ fiant, tum ex S. Concilijs, tum ex ſacr. litteris, & SS. Patrum ſcriptis, necnon ex Legibus ipſis ciuilibus, multa ad rem ſuam collegit, ad legis Eccleſiaſticæ æquitatem demonſtrandam, quæ ea interdicit, quæ neque ſæculi lege defendi poſſunt, vti colligitur ex ipſius *epiſtola* 129. cuius verba tu ipſe *refers pag.* 360. directa ad Gaufridum Vindocinenſem Comitem, qui in Vxorem

137 ducere volebat Vicecomitiſſam Bleſenſem, cuius ille conſanguineus erat; ibi: *Tibi modo, & per legem Chriſtianam interdico ferales inceſtas nuptias, quas nec lege poteris deffendere, nec legitimos de ijs hæredes ſuſcipere.* Quæ verba ad literam clarè docent mandatum, & interdictum inceſtarum nuptiarum factum fuiſſe in vim legis Eccleſiaſticæ. Vt verò quàm deteſtabile ſit inceſtuoſum coniugium ſignificaretur; addita patent illa verba, *quas nec lege*, ideſt ciuili conſtitutione *poteris defendere*. Hinc veram agnoſce propoſitionẽ, quod nuptiæ, quæ lege deffendi non poſſunt, non ſunt legitimæ, quantum à veritate diſtat altera à te hinc deſumpta propoſitio. *An matrimonium ſit legitimum, necne Ciuilium legum inſtitutione dignoſcitur, & declaratur.* Quod ſi tecum ſenſiſſet *Iuo*, non profectò ſcripſiſſet. *Tibi mando, & per legem Chriſtianam interdico.* Quod verò per ly *Chriſtianam* diſtinguere intellexerit legem, à lege; legem nimirum Eccleſiaſticam, à Ciuili, ſatis explicant ſubſequentia verba, *quas nec lege poteris deffendere.*

Nulla reſponſione indigent, quæ habes *cap.* 3. *pag.* 362. vbi regiam in matrimonia procerum poteſtatem deducere opinaris

ex

138 ex *epiſt.* 222. *D. Bernardi & cap.* 4. *pag.* 363. vbi refers quæ
pro retinenda Regia in matrimonium poteſtate geſſit *Ludoui-
cus Craſſus*. Non etenim nouum eſt in iure ad bonum politicum
regias latas fuiſſe leges, ne ſine Regis conſenſu extra regni fines
matrimonia fiant, ſed expendendum, quantum iuris habeant
iſtæ leges, quæ quidem obligant ex honeſtate, & etiam dari po-
teſt caſus, quod obligent ſub pœna peccati mortalis, ſi nempè
ex tali matrimonio ſequeretur aliquod ingens malum in repu-
blica, ſed quod legitimum matrimonium dirimant, hoc dicere
ridiculum eſt apud Catholicos, vt conſtat ex ſupra deductis in
cap. 1.

139 Cæterum Ludouici Craſſi exemplum nihil refragatur abſur-
dum enim adducere, non eſt ſoluere argumentum. Vide *Launoi*
quænam in hac parte fuerint *S. Bernardi* Conſilia, licet ijs *Lu-
douicus* non ceſſerit, & dicere ſufficiat quod *D. Bernardus* in re-
140 cenſitis à te literis, Ludouicum alterum Herodem appellat.
Cap. 5. *pag.* 364. quod Philippus Auguſtus in matrimonia
Procerum ſui Regni conſenſerit, & à Mathilde Flandriæ Comi-
141 tiſſa, necnon ab Anna Burgundiæ Duciſſa pactum exegerit ſe
nulli ſine eius conſenſu nupturas eſſe, ſub *Phlippo Auguſto* Regiā
in matrimonium poteſtatem retentam aſſeris. Quam verò fa-
tua ſit iſta aſſertio, maiori demonſtratione non indiget. Non
enim omnia, quæ à Principe ſæculari exiguntur ad finem poli-
ticum, probant eius Iuriſdictionem in re, quæ exigitur. An
talia pacta exigere licitum ſit, non modo diſero, ſed abſque
diſputatione concludo, quod tale pactum non dirimiſſet matri-
monium legitimum contra ipſum contractum. Vnde regia à te
hinc deducta in matrimonium poteſtas excluditur.

143 Falſa ſunt, quæ habes *cap.* 6. *pag.* 368. quod ſcilicet *Ludoui-
cus* diuortium cum vxore fecerit in vim legis Imperialis de
conſobrinis matrimonio non iungendis. Te conuincunt verba
met à te relata ex Anonymo in Hiſtoria *Ludouici VII. cap.* 29.
ibi: *Quibus Rex reſpondit, quod contra Deum & contra legem Ec-
cleſię eam nolebat habere volens per omnia ſtatuta Eccleſiæ, & legem
matrimonij inuiolabiliter obſeruare.* Et ibi: *Rex qui ſecundū legis præ-
ceptum volebat viuere præcipientis vt homo ſecundum legem Eccleſiæ
fœminā ſibi coniungeret*: Ex his dignoſce An Ludouicus Rex Gal-
liæ diuortium fecerit, quia leges Imperiales de conſobrinis ma-
trimonium prohibent. Vis miſer Regi in matrimonium poteſta-
tem tribuere; & Regem Imperiali lege de matrimonio ſubdi-
tum facis. Ignoras quam iniurioſum ſit in Gallia Regem Im-
perialibus legibus ligatum aſſerere. Rex Galliæ in temporali-
bus

bus, ſe alterum Principem Superiorem non agnoſcere mordicus defendit. Tu vt ipſum ſoluas à Sacro ligamine, profano vinculo ipſum ligas. At qui contra veritatem pugnare aggreditur, quod non eſt, & quod non vult incautè aſſerit

143 Hiſtoricum exemplum à te deductum *cap.7.pag.*370.de prohibitione facta à *Ludouico VIII.* ne Erardus de Brena, & Regis Cypriorumfilia ſimul matrimonium inirent, quod illud regn o perniciofum foret, Nil releuat, quia quæ facti ſunt, factum non ius probant, & aliud eſt dicere, quod *Ludouicus* prohibitionem tulit, aliud quod eius prohibitio ſi matrimonium contractum fuiſſet irritum nihilominus ipſum feciſſet. Quinimò patet Ludouicum, ſuam prohibitionem conſanguinitatis impedimento muniuiſſe, vt patet ex verbis ipſis per te relatis *pag.* 371. ibi: *Præterea dictum eſt nobis, quod in eo gradu conſanguinitatis ſeſe attingunt*. Vnde conſtat ad obſeruantiam legis Eccleſiaſticæ tale matrimonium prohibuiſſe.

Quæ habes *cap.*8. *pag.*371. non probant Ludouicum IX. inter S. adſcriptum, iura Eccleſiæ vſurpaſſe, Regiam in matrimonium, vt aſſeris poteſtatem retinendo. Quod enim Princeps
144 ad bonum Reipublicæ impediat ne ſequatur matrimonium cum aliqua certa perſona, vel fidem exigat, ne aliqua ex magnatibus ſui Regni contrahat cum inimico Coronæ, non eſt leges Eccleſiæ violare, non eſt libertatem matrimonij impedire; non eſt quod tu exinde doloſè infers regiam in matrimonium poteſtatem habere vt diſtinctè colligitur ex ſupranot. in cap. 1.

145 Clemens IV. in quarto Conſanguinitatis gradu *Henrico* Regis Nauarræ fratri diſpenſat, quia vt patet ex ipſa diſpenſatione,cuius verba Tu ipſe refers *cap.9. pag.*373. coniunctio copulæ coniugalis in quarto conſanguinitatis, & affinitatis gradu ſacris eſt interdicta Canonibus; Quia verò Papa in Henrici Matrimonio Regis Franciæ, & Regis Nauarræ, fratris Henrici conſilium, & aſſenſum deſiderat, impoſturam machinas, quod Clemens IV. Regiam in matrimonium poteſtatem agnouerit. Sed ſi Regia in matrimonium à te ſuppoſita poteſtas aderat, quare non à Rege Nauarræ eius fratre diſpenſationem petijt Henricus? Papa ad pacem tuendam in Regno, gratiam diſpenſationis concedit, tu ad euertendam iuriſdictionem Eccleſiæ, & Regum, noua Iura ſomnias.

Relata *ſub Cap.* 10. *pag.* 375. de confirmatis à Philippo Pul-
146 chro coniugijs nihil probant, quia factum non probat Ius. Quod verò attinet circa iuramenti formam à te relatam *pag.*

378.

Digitized by Google

378. de non contrahendo matrimonio ſine conſenſu Regis, hęc reſpicit Officiales Regios, & eſt limitata ad tempus ſuæ adminiſtrationis ibi. *Item iurabunt quod durante adminiſtr-tione ſua, non contrahent*. Vnde agnoſcas quantum à tuo Themate diſtent, quæ infers ex collectis ſubpręfacto *cap.* 10.

147 Habes *cap.* 11. *pag.* 379. Temerè loquendo, quod Bonifacius VIII. inſigni facinore teſtatus ſit ſupremam Regum, & Principum in impedimenta matrimonij procerum auctoritatem, quòd neglecto Bonifacij interdicto Margarita Philippi filia nupſerit Ferdinando IV. Caſtellæ Regi Sancij filio. Inauditum documentum. Ferdinandus, & Margarita neglexerunt mandata Papæ; Ergo Papa Ius Regium in matrimonium agnouit.

148 Non eſt hic locus vt reſpondeam ad id quod dicis erraſſe Bonifacium, quod Philippum Galliæ Regem ſibi in temporalibus ſubeſſe crederet, aptiori etenim loco contra hanc tuam abſolutam, falſamque aſſertionem inſurgam. Interim tamen falſum agnoſcas, quod dicis Bonifacij errorem docuiſſe *Clem.V. in cap. meruit de priuilegijs*. Sed non mirum, quod hæc dicas cum omnia SS. Canonum decreta, & hiſtorica documenta ſiniſtra interpetratione euertas. Ex damnatione quoq; à Romanis Pontificibus promulgata aduerſus *Alexandri Carrerij* libros contra *Bellarminum* editos Bonifacij errorem agnouiſſe affirmas dum hinc pro tuis retractandis lumen deſumere deberes. Quaſi verò aliquid authoritatis, & veritatis in tuis Epiſtolis fundamentum eſſet, ad ipſas recurris.

149 Quæ habes *Cap.* 12. *pag.* 380. de Regia in Matrimonium poteſtate retenta ſub Philippo, Longo dicto; & *Cap.* 13. *pag.* 381. ſub *Carlo Pulchro*, nec non *Cap.* 14. ſub Philippo Valeſio, Reſeponſione non indigent; nam ex peculiaribus conuentionibus, & approbatis procerum Regni ex conuenientia matrimonijs, Regium Ius in matrimonium prædicas, quod profecto non faceres ſi diſtingueres factum à Iure, nec non diſtingueres, quæ

150 ſunt honeſtatis, & reuerentiæ, ab ijs quæ ſunt neceſſitatis. *Cap.* 15. *pag.* 384. Indubitatum fuiſſe aſſeris vſum Regij Iuris in matrimonia procerum. At pero ſi de Iure loqueris, qua-

151 re ad proceres ipſum reſtringis? Non ſatis intelligo quomodo in coniugio, quod inter Margaritam Ludouici Maleni Flandriæ Comitis filiam, & Edemundum Eduardi Anglorum Regis filium contractum fuit, Ius Regium eminere obſerues; contrarium enim conuincitur ex *Iacobo Meyro*, qui hiſtoriam *lib.*

13. *Annalium* ad annum 1365. pertexuit, vt patet ex verbis à te ex hiſtoria deſumptis. Deſponſationem etenim *Margaretæ,& Edemondi* ſeruatam non fuiſſe conſtat, quod facta fuerit inuita pænè omni dignitate Gallica. Sed quare inuita, explicant ſubſequentia verba propter obſtaculum cognationis, vt patet ex litera, ex te ipſo deſumpta ibi: *Quæ tamen deſpenſatio quod facta eſſet inuita pænè omni dignitate Gallica, non ſeruata eſt. Fingebatur enim quoddam obſtaculum cognationis, quod ſoluere nollet Vrbanus V. ne nihil haberet excuſationis pacti reſciſſio*. Et omnem hæſitandi locum prohibent verba ex te ipſo tranſcripta, quæ habes *pag.* 385. ex Vrbani V. vita ibi: *Per id tempus Philippus iunior inter filios præfati Ioannis Francorum Regis Margaretam filiam Ludouici Comitis Flandriæ, relictam Philippi Ducis Burgundiæ duxit in vxorem, &c. In iſtorum autem matrimonij copulatione neceſſaria fuit Apoſtolica diſpenſatio propter conſanguinita-*
152 *tem; qua ſatis de proximo iungebantur, quam memoratus Vrbanus Papa gratioſè conceſſit licet eam per prius Regi Angliæ in perſona vnius ex filijs ſuis denegaſſet, in quo nullam ſibi fecit iniuriam, cum hoc non à Iuſtitia, ſed à ſui maxima gratia dependeret, & ſibi licuit, prout ſibi placuit alteri concedere, & ſibi denegare, & quod ſic factum fuerit à Deo creditur ordinatum*.

Facta, quæ refers, & quibus Regiam in matrimonium po-
153 teſtatem retentam probare niteris *Cap.*16. *pag.*386. *ſub Carolo V. cap.*17. *pag.*388. *ſub Carolo VI. cap.*18. *pag.*389. *ſub Carolo VII. cap.*19. *pag.*393. *ſub Ludouico XI. cap.*20. *pag.*396. *ſub Carolo VIII. cap.*21. *pag.*405. *ſub Ludouico XII. Galliæ Regibus*.

Longè diſtant à Iure, quod Ciuili Magiſtratui tribuis, neque in tuum Thema influunt, quinimò ipſi repugnant cum reſtringantur ad coniugia, ex quibus graue male in Regno oriri poterat; neque illicitum dicimus Imperatori, vel Regi impedire aliquod matrimonium, quo ſui Regni tranquilitas turbatur, ſed aſſerimus non ex hoc ſequi poſſe quod Reges, leges inſtituere valeant matrimonia impedientes, & dirimentes. Quinimò hiſtorica documenta docent, vbi contra legem Principis ſæcularis matrimonium aliquod contractum fuit, pro diſſolutione ad Apoſtolicam Sedem Reges ipſos recurſum habuiſſe, quæ vt teſtatur *Franciſ. Salernus Siculus à Bzouio citatus An.*1493. Ob pacis bonum, aliaq; pacis commoda matrimonia diſſoluit, & re ipſa in coniugio Maximiliani cum Anna Britanniæ Ducis filia, ex quo ſub Carolo VIII. Regiam in matrimonium poteſtatem

ſtatem retentam malè affirmas *Cap.20.pag.396.* Sanctam Sedem
executam fuiſſe aſſeuerat idem *Siculus*.

Ex coniugio quod *Ioanna Albretana* iuſſu Regis Franciſci I.
154 cum Guillelmo Cliuenſium Duce contraxit; Sub Fran-
ciſco I. Regiam in matrimonium poteſtatem retentam re-
petis *Cap.22. pag.*406. Sed quodnam Ius fuerit in iuſſu Regis,
diſce ex declaratione facta à Romano Pontifice poſt obitum
Franciſci I. agente *Henrico II.* ſuper nullitate talis coniugij,
quod Ioanna inuita contraxerat. Nonne docent *Lucij Mari-
nei Siculi* verba à te ipſo deſumpta *lib.*10. *hiſtoriarum Hiſpa-
niæ* & relata *pag.*408. nullum Regibus ius competere in matri-
155 monium, ſed in hoc ipſoſmet Reges Eccleſiæ iudicio ſubdi-
tos eſſe? Conſtat enim Tireſiam Romam ſe contuliſſe, & ad
Iacobum Aragonum Regem, qui matrimonium cum ipſa con-
traxerat, & Leonoram Caſtellæ Regis filiam ſibi deſponſare
ſtudebat, literas citatorias miſiſſe, quibus eum prouocabat
ad cauſam pacti matrimonij coram Pontifice diſputandam: Ia-
cobum verò, quod Tireſia ſine teſtibus matrimonium probare
157 non potuiſſet, Auctoritate Pontificia, cum Leonora matrimo-
nium contraxiſſe, quod & poſtea diſſolutum fuit comperto
inter ipſum Iacobum & Leonoram Conſanguinitatis impedi-
mento. Summaque, in cauſis matrimonialibus etiam Regum,
Eccleſiæ Auctoritas euidentius probari non poteſt, quam ex
verbis ipſis à te *pag.*408. ex *Marinæo* relatis: Ibi: *Cæterum Rex
Iacobus & eius Vxor Leonora poſt confectas nuptias, & Alfonſo
filio iam adulto apud Pontificem Romę, nec opinates delati fuere,
propterea quod conſanguinitatis gradu coniunctiſſimi matrimonium
contrahere ſine conſenſu Summi Pontificis non poterant. Quam-
obrem Legatos Rex ad Pontificem miſit oratum, vt conſumatum
iam connubium confirmaret. Gregorius autem S. Pontifex, quo-
niam Rex Iacobus, & Tireſiam Primam Coniugem deceperat, &
Leonoram ſibi cognatione valde proximam dolis ſubreptiuis vxorem
duxerat, illorum matrimonium non ſolum confirmare voluit, ſed
etiam diſſoluit, & inperpetuum diuortium nuntiauit.*
157 Quæ habes *Cap.*24. *pag.*411. de lege à Rege Henrico III.
quoad Clandeſtina matrimonia in generalibus Regni Comitijs.
Bleſis habitis, nil probant; Quin demonſtrant Henricum ad
obſeruantiam Legis hac in re per Tridentinum latè pænalem,
& ipſum legem promulgaſſe. Quodque pertineat ad Eccle-
ſiam legem inſtituere matrimonia impedientem, & dirimen-
tem probant tot Sacrorum Conciliorum Canones à te *Launoi*

Digitized by Google

relati *pag.*415. 417. & 418. Quatenus verò Iuris Regij fuiſſet in prohibitionem Clandeſtini matrimonij leges dare Regium Ius non violaſſent Galliæ Præſules in *Attrebatenſi*, *Gamerocenſi*, *Sueſſionenſi*, *Pariſienſi*, *Senonenſi*, *Tolcſana*, *Lingonenſi*, & *Sanctonenſi Synodis*. Neque hoc ipſis Galliæ Reges attentare permiſiſſent.

158 Quæ refers. *Cap.*25.*pag.*419. Et exemplum relatum *cap.*26. *pag.*422. non indigent reſponſione. Nam decretum Henrici III. in Sangermanenſibus Comitijs reſpuit duntaxat prohibitionem matrimonij ſuorum Regni Procerum cum fæminis alienigenis, nullumque ius habet, quoad diſſolutionem matrimonij etiam contra præfatam Henrici legem contracti. Exemplum verò damnationis ad mortem Caroli Gontaldi Mareſcalli Bironij, quod inter cætera, nuptias vnius è Ducis Sabaudiæ filiabus occultè ambiſſet, non reſpicit cauſam iuris Regij in matrimonium, ſed dubium proditionis, quia Henricus Sabaudiæ Duci iam à duobus annis bellum indixerat, vt Principatum Salutiæ ab eo per Ciuiles Galliæ motus occupatum armis reciperet, vt teſtatur *Carolus Bretus in lib. de ſupremo Regis Dominio. cap.*8.

Ad ea quæ habes *cap.*27. *pag.*423. vt ſub Ludouico XIII. Re-
160 giam in matrimonium poteſtatem retentam probes, patet reſponſio ex his, quæ diximus ſupra cum Bleſenſis edicti inſtauratio de Clandeſtinis matrimonijs famuletur diſpoſitioni ſacrorum Canonum, & decretis Conciliorum, quibus Epiſcopali auctoritate Clandeſtina matrimonia prohibita fuerunt, Regali verò metu prohibitio confirmata fuit, neque eſt quod immorer in confutandis quæ habes *c.*28. cum merum factum referas, ex quo non bene ius deducitur, cum non omnia, quæ fiunt, iure facta dici poſſint.

161 *Cap.*29. *pag.*437. Vſum Regiæ in matrimonium poteſtatis conſtare aſſeris ex Natalium reſtitutione; Quantum enim inter ſe differat natalium reſtitutio, quæ res eſt merè ciuilis à matrimonio, tu ipſe vides; Cuius ergo ſit roboris effictum à te argumentum agnoſcas.

162 *Cap.*30. *pag.*438. Hodiernum Regiæ in matrimonium poteſtatis vſum conſtare aſſeris ex dirimentium impedimentorum diſpenſatione cum hæterodoxis. At diſtinguere debuiſſes *Launoi* ab hæterodoxis Ortodoxos. Hinc nullum puto, qui tuæ doctrinæ impuritatem non agnoſcat, cum Ortodoxos ab hæterodoxis non diſtinguas, & pari paſſu eodem iure ambulare opineris.

163 Ex

163 Ex *Cap.1. pag.442.* Vbi Baſilij Macedonis Imperatoris Orientalis legem refers quartas nuptias prohibentem; Sub Baſilio regiam in matrimonium poteſtatem retentam dicis, quod nullus Summorum Pontificum, vel Orientalium Epiſcoporum; impedimentum ab ipſo poſitum abrogauerit, vel de vſurpata iuriſdictione conquæſtus fuerit; Sed toto cælo aberras, cum quam Baſilius de quartis nuptijs legem tulit à Iure Eccleſiaſtico emendicarit, vt ad literam deducitur ex *Photij Epiſtola* per te ipſum relata; Hæc eadem reſponſio conuincit, quæ habes
164 *Cap.2. pag.444.* Vt ſub Leone VI. Imp. Regiam in matrimonium poteſtatem ibidem retentam probes. Nec non, quod ad literam deducitur ex his, quæ habes *Cap.3. pag.446.* vt eandem Regiam poteſtatem probes ſub Alexio Commneno. Imperatore, & præſertim ex relatis in *Cap.4. pag.447.* vbi ſub Manuele Cõmneno eandem Regiam in matrimonium poteſta-
165 tem retentam affirmas; Conſtat enim ex ipſius *Manuelis* verbis non Iure Regis, ſed auctoritate Eccleſiæ matrimonij impedimenta eſſe conſtituenda. Quæ tamen Epiſcopali auctoritate iniuncta fuerant, Imperiali metu ad obſeruantiam fuerunt redacta.

166 Non immorabor in confutandis, quæ habes *cap. 5. per tot. pag.448.* vbi probare niteris propter adulterium, etiam qnoad vinculum matrimonium dirimi; Aſſertio profectò hæretica in quam non incidiſſes, ſi tres *D. Auguſtini libros de adulterinis coniugijs contra Pollentinum* conſcriptos peruoluiſſes. Vide *Launoi* quæ docent *D. Hierony. Matth.* 19. cuius verba habentur *in c. Licitè 32 q.7. & cap. Interueniente 32 q.7. Gregor. Magn. cap. Hi verò 32. q 7. Bed. ſuper verb. Paul. 1. cor. 7. Lactant. lib. 6. diu. inſt. ca. 23. Origen. homil. 7. ſup. Matth. Chryſoſt. hom 17. ſuper verb. Chriſti Matth. 5. Theophylactus ſup. Matth. c.* 19. Vide *Launoi* declarationes *Concilij Mileuitani in cap. Placuit*, cuius verba habentur *in cap. Placuit 32. q. 7. Concilij Eliberitani can. Fidelis. Innoc. III. Canon. Quarto de diuortijs. Concil. Florentinum in inſtructione Armenorum.* Peruolue *Catholicorum DD ſcripta* & nullum inuenies, qui tuæ ſententiæ inhæreat, & contra declarationem & definitionem Eccleſiæ dicere audeat, quod propter Adulterium diſ-
167 ſoluatur matrimonium etiam quoad Vinculum. Neque eſt cur in medium afferas *Caiet. ſuper cap. 19. Matth.* Non enim me latet *Caietanum*, *Eraſmi* ſententiam de hac re pluris feciſſe quam pareret. Vnde Iure ait *Sot. diſt. 36. quæſt. vnic. art. 5.* miror quo genio vir doctiſſimus, hominem in Theologia vix vllo nomine di-

Digitized by Google

gnum tam frequenter obaudiebat. *Caietanus* equidem ſequutus fuit in hoc Eraſmi ſententiam, qui tum ſuper *Matth. c.* 19. *& in Praphraſi, & in Annot.* Tum latiſſimè ſuper *Paul. Corinth.* 7. non ſolum ob fornicationem, verum & alijs innumeris de cauſis Ec-
168 cleſiæ ſuadere nititur vt matrimonium diſſolueret; Quare eius Opera ſub Paul IV. naufragium fecerunt. Peperit enim, ſicut alibi crebrò ita, & hic oua, quæ poſtmodum Lutherus incubauit vt pullos excluderet. Vnde Pariſijs primum contra *Eraſmum*
169 ac ſubinde contra *Caietanum* hunc errorem condemnatum fuiſſe teſtatur *Sot. in 4. diſt.* 36. *q. vnic art.* 5. *pag.* 300. *in fin.* Sic ergo
170 cum hodie habeamus Eccleſiæ defin tiones qubius conſtat matrimonij vinculum neque per adulterium diſſolui; Definitioni verò Eccleſiæ *Caietanus* ſuam ſententiam ſubiecerit, vt teſtatur idem *Sot. loc. cit. pag.* 297. non ne vides *Launoi* tuam aſſertionem, de diſſolutione matrimonij propter adulterium, eſſe Luteri impium Dogma, vt poſt *EKium homil.* 74. teſtatur *Sot. ſup. cit. dicta pag.* 297. & docet *Bellarmin. in ſuis controuerſ. de matrim.*

Exempla quæ refers ſub Ludouico Germaniæ R e ſub Henrico III. & Henrico IV. Imperatoribus ſub Ludouico IV. Imperatore, & omnia quæ habes *cap* 6. *pag.* 523. *cap.* 7. *pag.* 524. *cap.* 8. *pag* 525. *cap.* 9. *pag.* 527. nullum ius probant. Nam præter quam quod peccas in hiſtoria. Agnoſcere debuiſſes quod adducere factum non eſt ius probare, neque allegare abſurdum, eſt argumentum ſoluere.

Itidem Recaredi Gothorum in Hiſpania Regis, quas refers leges *cap.* 1. *pag.* 534. Matrimonia impedientes, & dirimentes non probant ius regium, non enim neceſſarium argumentum eſt, hanc Recardus legem tulit, Ergo iure ipſam tulit; Ergo Recaredi factum ius probat Catholicorum Principum in matrimonijs fidelium. Vt verum fatear, hunc tuum *Launoi* diſſerendi modum non intelligo. Ab aliquibus enim exemplis, quę merum factum, iuri repugnans, inuoluunt, vſum communem colligere, & ſuadere ſtudes. Non bene tamen. Quin apertè contra regulas inductionis Logicæ. Dicas queſo. An quod ſemel in ſacris literis iumentum locutum reperiamus inde colligitur ſolita loqui iumenta? Num quod *Liuius* Bouem aliquando locutum referat, rectè infertur loqui conſueuiſſe Boues? Num quod Laicorum Principum edicto tot Sanctiſſimi Pontifices Carnificum Lanienis ex hac vita ſublati fuerint, licitum infertur Regibus in ipſos Tyrannidis iura exercere? Non quæ facta ſunt, ſed quæ iure facta ſunt, quæ iuris ſunt confirmant, non vti ratio-

nes

nes à priori, ſed vti argumenta à poſteirori. Hanc philoſophicam veritatem non ignoras *Launoi*, & tamen, neſcio quo ſpiritu ductus à priſcis, & nuperis probatis Præceptoribus deuiaſti.

171 Quæ habes *Cap.2.pag.* 536.*ex cap.* 5.*Toletani Concilij* 13. & *Cæſarauguſtani* 3. infirmant regiam in matrimonium poteſtatem, quam ex ipſis ſub Eruigio, & Egicane retentam aſseris; *Toletanum* enim, & *Cæſarauguſtanum* Concilium ſecundas Reginarum Hiſpaniæ nuptias prohibent. Tu *Launoi* regiam, ex lege iure Eccleſiæ lata, poteſtatem in matrimonium deducere ſtudes; ſed dum dicis Eruigium Regem legem obtuliſse in Toletano Concilio ſecundas Reginarum Hiſpaniæ nuptias prohibentem, illicò fateris, Eruigium ſuæ iuriſdictionis defectum agnouiſſe, & ideò ad Concilii auctoritatem confugiſse.

Quod Innocentius III. inter Henricum Primum Caſtellæ Regem, & filiam Regis Portugaliæ propter conſanguinitatis im-
172 pedimentum, legitimum diuortium enuntiarit, vt patet ex *cap. etſi de Donationibus Cap.3.pag.* 573. Sub Henrico I. regiam in matrimonium poteſtatem aſseris.

Vnde tamen hoc didiciſti? Papa diuortii ſententiam profert, Tu Iuris Regii hanc eſse poteſtatem affirmas? Ridiculum Commentum.

273 Quod Ferdinandus V. Conſilium expetierit cuinam ex tribus potentiſſimis Principibus, qui Iſabellæ eius filiæ nuptias expetebant, ipſam in Conſortium collocaret. *Tu cap.4.pag.*583. ſub eodem Ferdinando Regiam in matrimonium poteſtatem retentam affirmas. Vnde queſo hoc; Vnde didiciſti quod qui Conſilium petit, iuriſdictionis actum faciat. Ex conuentione per Philippum II. in tranſcriptione Belgicarum Prouinciarum facta Iſabellæ eius filiæ, ne regii ſanguinis mulieres, & aliæ huius loci Principes fæminæ poſſint, cuique ſine eiuſdem Philippi, & ſucceſsorum eius in Regno Hiſpaniæ conſenſu nubere *cap.* 5. *pag.* 539. regiam in matrimonium poteſtatem retentam probare ſtudes: Sed fruſtra. Nam eſto quod Philippus talem conuentionem fecerit. Videndum an iure facta fuerit. Quin maximam agnoſcere debuiſses differentiam, quæ viget inter conuentionem reſpicientem Regni tranquillitatem, & legis inſtitutionem matrimonium prohibentis & dirimentis. Legem, quam *cap.6.pag.* 540. communem refers Alamannis, Baiuuaris circa prohibitionem inceſtarum nuptiarum eſt conſequutiua, & in executionem Sanctionum Eccleſiaſticarum, quibus cum famu-

letur,

Digitized by Google

letur, non ſub ipſis regia in matrimonium poteſtas retenta probatur, ſed deſtruitur.

174 A Luitprando Longobardorum Rege latam legem, ne quis præſumat relictam de conſobrino vxorem ducere, quam refers *Cap.7. pag.540.* non ſub Longobardorum Regibus Regia in matrimonium, vt aſſeris, poteſtas retenta probata remanet. Quinimò deſtruitur, vt ad literam patet ex verbis à te ipſo ex *cap 4. lib.5.* legum Luitpr deſumptis ibi: *Hoc autem ideo affiximus, quia teſte Deo & Papa Vrbis Romæ, qui in omni Mundo caput Eccleſiarum Dei, & Sacerdotum eſt per ſuam Epiſtolam, nos adhortatus eſt, vt tale coniugium fieri nullatenus permitteremus.* Neque eſt cur vlterius laborem in confutandis exemplis quibus *Cap.8. pag.541. ſub Rogerio Siculo. Cap.9. pag.54*... *ſub Frederico II. Imp. Cap.10. pag.546. ſub Horoldo Anglorum Rege. Cap.11. pag.547. ſub Ioanne Rege Angliæ Cap.12. pag.548. ſub Richardo II. Angliæ, Rege Cap.13. pag.549 ſub Henrico VI. Angliæ item Rege Cap.14. ſub Elizabetha Regina Cap.16. pag.552. ſub Maccabeo Scotorum Rege. Cap.17. pag.553. ſub Alexandro III. Scotorum Rege Cap.18. pag.554. ſub Roberto item Scotorum Rege. Cap.19. pag.555. apud Polonos. Cap 20. pag. 556. ſub Fagellone Polonorum Rege. Cap.21. pag 557. apud Vngaros. Cap.22. pag.558. ſub Ladislao Colmanno & Alberto. Cap.23. pag.559. apud Vngaros. Cap.24. pag.563. apud Navarreos Cap.25. pag.565. apud Lotharingiæ Duces. Cap.26. pag.565. apud Sabaudiæ Duces. Cap.27. pag.566. apud Magnos Tuſciæ Duces* Regiam in matrimonium poteſtatem fouere ludes. Sunt enim verba ad Epheſios nihil Iuris præſeferentia vt patet ex ſupra not. in cap.1. Quin ex ipſis tuum Thema proſternitur.

175 Quæ autem habes. *Cap.28. pag.568.* quod Romani Pontifices ſuam in matrimonium ſubditorum poteſtatem retentam demonſtrauerint tamquam temporales Domini. Hoc eſt ſatuum aſſertum, nullo iure probatum. Prohibitio verò Ioannę Aragoniæ vxori Aſcanij Columnnę à *Paulo IV.* facta nequam ex filiabus ſuis, ſine ſua licentia in matrimonium collocaret alias irritum eſſet, non niſi ab Eccleſiaſtica Papę poteſtate proceſſit. Qui præterea ſimpliciter vti temporalis Dominus conſiderari non poteſt, cum quæ Papa habet dominia Eccleſię donata ſint, & quam in Terris Eccleſiæ Iuriſdictionem habet, hac vti Romanus Pontifex fulgeat.

Pergis eodem *Cap.28.* & in peiora ruens aſſeris *pag.569.* fuiſ-
176 ſe tempus, quo Romanus Pontifex Imperatori vti temporali domino ſubdebatur, quod euerſo ſenſu SS.Patrum, Eccle-

ſiaſti-

ſiaſticarum Conſtitutionum probare contendis. Non eſt tamen quid laborem, in confutanda hac tua aſſertione, clara ſunt
177 hac de re hiſtorica tum ſacra, tum profana documenta. Hęc peruolue, & vide, qui à Græcis in Germanos Imperium tranſtulit, qui impios, & ineptos Imperatores, ac Reges depoſuit & excommunicauit, iiſque legitimos ſucceſſores conſtituit, cui Imperator fidelitatis Iuramentum preſtet, à quo Regium nomen, Regiaque decora concedantur. Hæc omnia à ſolo Romano Pontifice iure facta, & fieri poſſe inuenies. Quem cum Deus conſtituerit ſuper Reges, & Regna, nullo iure, nullo tempore Imperatori ſubditum fuiſſe inuenies, nec ad illa tempora confugias, quibus crudelis Tyrannorum rabies, vt Chriſti Gregem diſperderet, Paſtorem percutiebat: In quo ſenſu nedum Imperatori, ſed & impiorum carnificum Lanienis Romanos Pontifices ſubditos fuiſſe agnoſcas. Quæris *Launoi* Argumenta, quibus Romani Pontificis quanta ſit poteſtas, atque Maieſtas ſatis euidenter probatum remanet *Bellarminum* conſule in ſuis *Controuerſis Dogmaticis*, vbi ad conuincēdam hęreticorum proteruiam pleno calamo impias illorum aſſertiones impugnat.

178 Hæc ſunt *Launoi* quæ tuum Tractatum conflant, in his verò confutandis, non eſt quod vlterius progrediar, cum tu ipſe proteſtatione adhibita, conſcientiam deponere coneris, excogitata ratione te conformandi cum ſenſu Eccleſię Catholicę. Ex hoc tamen colligendum quod *S.Greg. Moral. lib.* 5. *cap* 18. de quibuſdam ſcribit. *Quomodo audientibus certa eſſe poterunt, quæ ipſi dubie viderunt.*

Hæc inquam ſunt, quæ in tuo Tractatu *Domine Launoi* vtpote, contra Ius ipſum Eccleſiaſticum, Ciuile atque politicum reiicienda animaduerti. Rogo te eruditiſſimum Virum, ne me tibi, quod contra tuam doctrinam calamum ſtrinxerim, infenſum putes, ſed tuis duntaxat opinionibus. Quapropter diſſerendo ſummam ſuauitatem, & vrbanitatem obſeruaui. Si verò duriuſculum aliquod verbum in ſcribendo excidit, non tuam *Domine Launoi* perſonam, ſed doctrinam, & opinationem percutit, Te enim materialiter erraſſe opinor, Vnde quidquid venerabundus dixi tuam *Domine Launoi* perſonam, non doctrinam; Si quid indignabundus, quod rarò reperies, doctrinam non perſonam reſpicit. Inſtabit quis forſan, me nec liberare fidem, nec ſtetiſſe promiſſis, cum perſonam ſtylo veneraſſe dicam, in illam tamen ſeueriſſimè inueham. At obſecro ne do-

ctrinam

ctrinam cum perſona confundat. Dure de doctrina ipſa loquor, & durius loqui debuiſſem; Nam vbi de Eccleſiæ iure agitur, omnia ceſſare debent, quæ enim vltra Aras; Chriſtiana non eſt amicitia, atque ideo non eſt ūrbanitati, non eſt ſuauitati locus. Sinceritatis de more vſus ſum Lexico, diem dixi diem, noctem, noctem, & ſi aliter loquutus fuiſſem in Lectorum perniciem vergeret.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Typis Nicolai Angeli Tinaſſi. 1676.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google